

Hic meus amicus emit eam dono mihi, 55  
 Imprudens harum rerum, ignarusque omnium.  
 Is venit postquam sensit me tecum quoque  
 Rem habere, fingit causas, ne det, sedulo.  
 Ait, si fidem habeat, se iri praepositum tibi  
 Apud me, ac non id metuat, ne ubi acceperim, 60  
 Sese relinquam, velle se illam mihi dare,  
 Verum id vereri; sed ego, quantum suspicor,  
 Ad virginem animum adiecit. PH. etiamne amplius?  
 T. Nil. nam quaesivi. Nunc ego eam, mi Phaedria,  
 Multae sunt causae, quamobrem cupio abducere. 65  
 Primum, quod soror est dicta: praeterea ut suis  
 Restituam, ac reddam. sola sum. habeo hic neminem,  
 Neque amicum, neque cognatum. cupio Phaedria,  
 Aliquos parare amicos beneficio meo.  
 Id amabo adiuta me, quo id fiat facilius, 70  
 Sine eum priores partes hosce aliquot dies  
 Apud me habere. nihil respondes? PH. pessuma.  
 Ego quidquam cum istis factis tibi respondeam?  
 P. Heus noster, laudo, tandem perdoluit: vir es.  
 PH. At ego nescibam, quorsum ires. parvola 75  
 Hinc est abrepta, eduxit mater pro sua.  
 Soror est dicta. abducere cupio, ut reddam suis.  
 Nempe omnia haec nunc verba huc redeunt denique,  
 Excludor ego. ille recipitur. qua gratia,  
 Nisi illum amas plus quam me, & istam nunc times, 80  
 Quae advecta est, ne illum talem praeripiat tibi?  
 T. Egon' id timeo? Ph. quid te ergo sollicitat? cedo,  
 Num solus ille dona dat? nuncubi meam  
 Benignitatem sensisti in te claudier?  
 Nonne tibi mihi dixti cupere te ex Aethiopia 85  
 Ancillulam, relictis rebus omnibus,  
 Quaesivi. eunuchum porro dixti velle te,  
 Quia solae utuntur iis reginae: repperi.  
 Heri minas viginti pro ambobus dedi.  
 Tamen contemptus abs te, haec habui in memoria. ob 90  
 Haec facta est abs te spernor. T. quid istuc Phaedria?  
 Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror  
 Id fieri posse maxime. verum tamen  
 Potius quam te inimicum habeam, faciam ut iusseris.  
 PH. Vtinam istuc verbum ex animo, ac vere diceres, 95  
 Potius quam te inimicum habeam. si istuc crederem  
 Sincere dici, quidvis possem perpeti.  
 P. Labascit victus uno verbo quam cito.  
 T. Ego non ex animo misera dico? quam ioco  
 Rem voluisti a me tandem, quin perfeceris? 100  
 Ego impetrare nequeo hoc abs te biduum?  
 PH. Verum ne fiant isti viginti dies.  
 T. Profecto non plus biduum, aut. PH. aut? nil moror.  
 T. non fiet. hoc modo te exorem sine. PH. scilicet  
 Faciendum est quod vis. T. te merito amo. PH. bene facis: 105  
 Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum.  
 Ita facere certum est. mos gerundu' est Thaidi.  
 Tu huc Parmeno fac illi adducantur. P. maxime. PH. in  
 Hoc biduum Thais vale. T. mi Phaedria  
 Et tu. nunquid me vis? PH. Ego ne quid velim? 110  
 Cum milite isto praesens, absens ut sis.  
 Dies, noctesque ames me. me desideres.  
 Me somnies, me exspectes. de me cogites.  
 Me speres. me te oblectes. mecum tota sis.

Meus

*Pro ambobus dedi.)*  
 Parmeno tamen Lacheti narrat viginti minis Phaedriae Eunuchum stetisse. Vide *Ad. v. Sc. vi.* Mina autem centum drachmas Atticas pendet. *PLAVTVS lib. XXI. cap. ultimo.*

Meus fac sis postremo animus, quando ego sum tuus.

115

T. Me miseram, forsitan hic mihi parvam habeat fidem.

Atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet.

Ego pol, quae mihi sum conscia, hoc certo scio,

Neque me finxisse falsi quidquam, neque meo

Cordi esse quenquam cariorem hoc Phaedria.

120

Et quidquid huius feci, caussa virginis

Feci. nam me eius spero fratrem propemodum

Iam repperisse, adolescentem adeo nobilem.

Et hodie is venturum ad me constituit domum.

Concedam huc intro. atque expectabo, dum venit.

125

*Venturum.)* Rediturum. Iam enim semel venerat Chremes ad Thaidem ab ea vocatus. Vide *Ad.* III. *Sc.* IV.

## ACT. II. SCENA I.

PHAEDRIA. PARMENO.

*Primi duo Octonarii Iambici iustae mensurae, sequuntur Senarii septem, binarius unus: reliqui rursus Octonarii.*

*Extrema syllaba huius primi versus, sequentis est initium.*

ITA fac ut iussi, deducantur isti. P. faciam. PH. at diligenter.

P. Fiet. PH. at mature. P. fiet. Ph. fatne hoc mandatum est tibi?

P. Ah.

Rogitare te? quasi difficile fiet. utinam

Tam aliquid facile invenire possis Phaedria,

Hoc quam peribit. PH. una ego quoque pereo, quod mi est charius. 5

Ne istuc animo tam iniquo patiare. P. minime.

Quin effectum dabo. sed nunquid imperas?

PH. Munus nostrum ornato verbis quod poteris, &

Istum aemulum quod poteris, ab ea pellito.

P. Memini, tametsi nullus moneas. PH. ego rus ibo, atque ibi manebo. 10

P. Censeo. PH. sed heus tu. P. quid vis? PH. censen posse obfirmare me,

Et perpeti ne redeam interea? P. te ne? non hercle arbitror.

Nam aut iam revertere. aut mox noctu te adigent horsum infomnia.

PH. Opus faciam, usque ut defatiger: ingratis ut dormiam.

P. Vigilabis lassus: hoc plus facies. PH. abi sis. nihil dicis Parmeno. 15

Eiiciunda hercle haec mollities animi. nimis me indulgeo.

Tandem ego non illa caream, si sit opus, vel totum triduum?

P. Hui, universum triduum? quid agas vide. PH. stat sententia.

P. Dei boni quid hoc morbi? adeon' homines immutariet

Amore, ut non eundem cognoscas esse? hoc nemo fuit 20

Minus ineptus, magis severus quisquam, nec magi' continens.

Sed quis hic est, huc qui pergit? atat, hic quidem est Gnatho militis

Parasitus. ducit una secum virginem huic dono. papae

Facie honesta. mirum, ni ego me turpiter hodie huc dabo,

Cum decrepito meo hoc eunucho. haec superat ipsam Thaidem. 25

## ACT. II. SCENA II.

GNATHO parasitus. PARMENO.

*Troch. oct. cat.*

DI immortales homini homo quid praestat? stulto intelligens

Quid interest? hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi.

D d d d d d

*Con- Quid.)* In quid ultima litera tollitur. Sic LVCILIVS, Laelius

*praeclare & recte sophos, illudque vere. Sic ACCIVS in suo illo Trochaico, quod a CICERONE libro de Divinatione primo, Per propinqua haec bene verruncent populo; nam quod ad dexteram. Adeo.) Certe.*

*\* Tribrachys pro Troch.*

*Tribrachys pro Troch.*

*Oct. cat. Iamb.*

*Cupedinarii, lanii.) Quas omnes artes non probat CICERO iis tanquam voluptatis ministras.*

*Summum suum.) Sic in Adelphis, Nam is noster Simulo fuit summus. In Pbormione item, Vestrae familiae hercle amicus, & tuo summus Phaedriae. Plena est locutio summus amicus. Sic enim in Andria, pater nobis amicus summus. Item in Pbormione, Amicus summus meus, & popularis Geta. Profectus alio fueras.) Alio iter ceperas. Sic enim in Hecyra, Pergam quo cepi hoc iter.*

Conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc, atque ordinis, Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona. Video sentum, squalidum, aegrum, pannis, annisque obsitum. 5  
Qui istuc ornatu', inquam est? quoniam quod miser habui, perdidit, hem

Quo redactus sum: omnes noti me atque amici deserunt. Hic illum ego contempsi prae me. quid homo inquam ignavissime, Ita parasti te, ut spes nulla reliqua in te sit \* tibi? simul Consilium cum re amisti? viden' ex eodem me ortum loco? 10  
Qui color, nitor, qui vestitus, quae habitudo corporis? Omnia habeo, neque quidquam habeo. nil cum est, nil deficit tamen. At ego infelix neque ridiculu' esse scio, neque plagas pati Possum. GN. quid tu iis rebus credis fieri? tota erras via. Olim isti fuit generi quondam quaestus apud seclum prius. 15  
Hoc novum est aucupium. ego adeo hanc primus inveni viam. Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt. Nec sunt tamen. hos confector. iisce ego non paro me, ut rideant: Sed iis ultro arrideo, & eorum ingenia admiror simul Quidquid dicunt, laudo. id rursus si negant, id \* quoque: negat 20  
Qui', nego: ait, aio. postremo imperavi egomet mihi omnia Assentari. quaestus is multo nunc est uberrimus.

P. Scitum hercle hominem. hic homines prorsus ex stulti' insanos facit.

G. Dum haec loquimur, interea loci ad macellum ubi adventamus, Concurrunt laeti mi obviam Cupedinarii, Lanii, 25  
Cetarii omnes, coqui, aucupes, fartores, piscatores, Quibus & re salva, & perdita profueram, & profum saepe: Salutant, ad coenam vocant: adventum gratulantur. Ille ubi miser famelicu' videt me esse in tantum honorem, Et tam facile victum quaerere, ibi homo coepit me obsecrare, 30  
Vt sibi liceret discere id de me. sectari iussi, Vt tanquam philosophorum disciplinae habent ex ipsis Vacabula, parasiti itidem Gnathonici vocentur.

P. Viden' otium, & cibi' quid faciat alienus? G. sed ego cesso Ad Thaidem hanc deducere, & rogare ad coenam ut veniat. 35  
Sed Parmenonem ante ostium Thaidi' tristem esse video. Rivalis servum. salva res est. nimirum ii homines frigent. Nebulonem hunc certum est ludere. P. iice hoc munere arbitrantur Suam Thaidem esse. G. plurima salute Parmenonem Summum suum impertit Gnatho. quid agitur? P. statur. G. video. 40  
Nunquid nam hic, quod nolis, vides? P. te G. credo. at nunquid aliud?

P. Qui dum? G. qui tristi' es. P. nihil equidem. G. ne sis. sed quid videtur  
Hoc tibi mancipium? P. non malum hercle. G. uro hominem. P. ut falsus animi est.

G. Quam hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse? P. hoc nunc dices, Eiectos hinc nos. Heus rerum omnium vicissitudo est. 45

G. Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam, Ne fursum, deorsum cursites, neve usque ad lucem vigiles. Ecquid beo te? P. men'? papae. G. sic soleo amicos. P. laudo. G. Detineo te: fortasse tu profectus alio fueras.

P. Nusquam. G. tum tu igitur paulum da mihi operae, fac ut admittar 50

Ad illam. P. age, nunc tibi patent hae fores, quia istam ducis. G. Num quem evocari hinc vis foras? P. sine biduum hoc praetereat.

Qui mihi nunc uno digitulo fores fortunatu' aperis, Nae tu istas saxo calcibus saepe insultabis frustra.

G. Etiam hic stas Parmeno? eho, num nam tu hic relictus custos: 55  
Ne

Ne quis forte internuntiu' clam a milite curset ad istam?

P. Facete dictum. mira vero, militi quae placeant.

Sed video herilem filium minorem huc advenire.

Miror quid ex Peiraeo abierit. nam ibi custos nunc publice est.

Non temere est, & properans venit. quid circumspicit?

60 *Ex Peiraeo.) Sic scē.  
iv. act. III. in Pei-  
raeum.*

*Ridiculus esse scio.)* Cum antea *Ridiculus esse* legeretur, nos ex vetere codice addidimus *Scio*, Esse autem artis & ingenii ut quis sit ridiculus, CICERO iis verbis in *Bruto* indicat, *Longe autem post homines natos improbissimus C. Servilius Glaucia, sed peracutus & callidus, in primisque ridiculus.* Idem paulo ante, *Et Gn. Sicius homo impurus, sed admodum ridiculus: neque aliud in eo oratoris simile quidquam.* Quod ex Gnathonis quoque responso colligas, *isice, inquit, ego non paro me ut rideant.*

*Sine biduum.)* Plura videtur loqui debuisse Parmeno, ut Gnatho tempus mandata conficiendi habuisse videretur. Nam & virginem ad Thaidem ducebat, & ad coenam erat rogaturus: quod non tam facile potuit impetrare, cum mulier Chremetem domi expectare constituisset, & Gnatho munus esset verbis ornaturus.

*Custos nunc publice est.)* Ephebi apud Athenienses, qui iidem *περίπολοι* vocabantur, regionem circumibant & custodiebant, ut militiae paulatim assuescerent. in Ephebos autem referebantur annos nati decem & octo. Autor IULIVS POLLVX *lib. VIII. cap. περί περί πόλων και εφίβων.*

ACT. II. SCENA III.

CHAEREA *adolescens.* PARMENO.

OCCIDI. *Finis praecedentis  
vers.  
Octon. Iamb.*

Neque virgo est usquam: neque ego, qui illam e conspectu amisi meo,

Vbi quaeram, ubi investigem, quem perconter, quam insistam viam,

Certus sum. una haec spes est, ubi ubi est, diu caelari non potest.

O faciem pulchram: deleo omnes dehinc ex animo mulieres.

Taedet quotidianarum harum formarum. P. ecce autem alterum. 5

De amore nescio quid loquitur. ô infortunatum senem.

Hic vero est, qui si amare occoeperit, ludum iocumque dices

Fuisse illum alterum, praeut sunt huius rabies quae dabit.

CH. Vt di illum, deaque senium perdant, qui me hodie remora- tus est,

*Vlti. syl. septimi bu-  
ius vers. initium est  
sequentis.*

Meque adeo, qui restiterim, tum autem, qui illum flocci fecerim. 10

Sed eccum Parmenonem. falve. P. quid tristi' es, quidne es alacris?

Vnde is? CH. ego hercle nescio, neque unde eam, neque quor- sum eam,

*Ne pro non. Ita in  
Andria, A, ne tu  
omnia.*

Ita prorsum oblitus sum mei.

Quaternarius.

P. Qui quaeso? CH. amo. P. ehem. CH. nunc te Parmeno osten- des, qui vir fies.

Scis te mihi saepe pollicitum, Chaerea, aliquid inveni modo 15

Quod ames: in ea re ego utilitatem faciam ut cognoscas meam.

Cum in cellulam ad te patri' penum omne congerebam clanculum.

P. Age inepte. CH. hoc hercle factum est. fac sis nunc promissa appareant,

*In cellulam.) Sic in  
Adelph. In cellam  
me cum illa conclu-  
dam.*

Sive adeo digna res est, ubi tu nervos intendas tuos.

Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas matres student 20

Demissis humeris esse, victo pectore, ut graciles fient.

Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt, deducunt cibum,

Tametsi bona natura, reddunt curatura iuncea.

Itaque ergo amantur. P. quid tua istaec? CH. nova figura oris.

P. Papae.

CH. Color verus. corpus solidum, & succi plenum. P. anni?

CH. sexdecim.

P. Flos ipse. CH. hanc tu mihi vi, clam, precario,

Fac tradas: mea nil refert, dum potiar modo.

P. Quid? virgo, cuius est? CH. nescio hercle Parmeno.

*Penus.) Inquit CI-  
CERO II. de Natura  
Deorum, est omne quo  
vescuntur homines.  
Demissis humeris.) ut  
rectae sint. Galli di-  
cunt plates espauls.  
Victo pectore ut gra-  
ciles fient.) Ita enim  
fit ut partes illae non  
recipiant nutrimen-  
tum, sed ad nates  
& coxas descendat.  
GAL. de morbis in  
figura.*

*Liquet.*) Sic in *Andria*, *Vt si opus sit ad herum iusiurandum mihi, Vt liquido possim.* Non enim defuerunt qui hunc locum, ut alios non paucos, pueriliter depravarent, & pro *Liquet, Licet*, reponerent.

*Quam longe quidem.*) Ita CICERO ad *Atticum*, *Itane? cum Hortensius veniret, & infirmus, & tam longe Hortensius.* *Quam autem valde significat.* Ita in *Andria*, *flens quam familiariter.* Ita *scæ.* II. *huius fabulae victus uno verbo quam cito.* *Commedum.*) tantum quod.

Octanar. Troch. cat.

Imo enim anapestus.

Tribrachys pro Troch.

Octon. Iamb.

P. Vnde est? CH. tantundem. P. ubi habitat? CH. ne id, Parmeno, quidem.

P. Vbi vidisti? CH. in via. P. qui amisisti? CH. id quidem 30

Adveniens mecum stomachabar modo, neque ego Quenquam esse hominem arbitror, cui magis bonae Felicitates omnes adversae sient.

P. Quid hoc est sceleris? CH. perii. P. quid factum est? CH. rogas?

Patris cognatum, atque aequalem, Archidemidem 35

Nostin'? P. quid ni? CH. is, dum sequor hanc, fit mihi obviam.

P. Incommode hercle. CH. immo enimvero infeliciter:

Nam incommoda alia sunt dicenda Parmeno.

Illum liquet mihi deierare iis mensibus

Sex, septem prorsum non vidisse proximis, 40

Nisi nunc cum minime vellem, minimeque opus fuit.

Eho nonne hoc monstri simile est? quid ais? P. maxume.

CH. Continuo accurrit ad me quam longe quidem,

Incurvus, tremulus, labiis demissis, gemens,

Heus heus, tibi dico Chaerea, inquit. restiti. 45

Scin' quid ego te volebam? dic. cras est mihi

Iudicium, quid tum? ut diligenter nunties

Patri, advocatus mane mihi esse ut meminerit.

Dum haec dicit, abiit hora. rogo nunquid velit.

Recte inquit. abeo. cum huc respicio ad virginem, 50

Sese illa interea commodum huc advorterat

In nostram hanc plateam. P. mirum ni hanc dicit, modo

Huic quae data est dono. CH. huc cum advenio, nulla erat

P. Comites secuti scilicet sunt virginem?

CH. Verum, parasitus cum ancilla. P. ipsa est scilicet. 55

Desine, iam conclamatum est. CH. alias res agis.

P. Istuc ago quidem. CH. nostin' quae sit? dic mihi. aut

Vidistin'? P. vidi. novi. scio, quo abducta sit.

CH. O Parmeno mi, nostin? P. novi. CH. & scis ubi fiet?

P. Huc deducta est ad Thaidem. ei dono data est. 60

CH. Quis is est tam potens cum tanto munere hoc? P. miles Thraaso

Phaedriae rivalis. CH. duras fratris partes praedicas.

P. Imo enim si scias, quod donum huic dono contra comparet,

Tum magis id dicas. CH. quod nam quaeso hercle? P. eunuchum.

CH. illum ne obsecro

Inhonestum hominem, quem mercatus est here. senem \* mulie- 65

rem? P. Istunc ipsum. CH. homo quatietur certe cum dono foras.

Sed istam Thaidem non scivi nobis vicinam. P. haud diu est.

CH. Perii. nunquamne etiam me illam vidisse? ehodum, dic mihi

Est ne, ut fertur, forma? P. sane. CH. at nihil ad nostram hanc.

P. est alia res.

CH. Obsecro te hercle Parmeno, fac ut potiar. P. faciam se- 70

dulo. Ac dabo operam, adiuvabo. nunquid me vis? CH. quo nunc is?

P. domum,

Vt mancipia haec, ita ut iussit frater, deducam ad Thaidem.

CH. O eunuchum istum fortunatum, qui quidem in hanc detur 75

domum. P. Quid ita? CH. rogitas? quia summa forma semper conservam domi

Videbit. conloquetur. aderit una in unis aedibus.

Cibum nonnunquam capiet una, interdum propter dormiet.

P. Quid si nunc tute fortunatus fias? CH. quare Parmeno?

Responde. P. capias tu illiu' vestem. CH. vestem? quid tum postea?

P. Pro illo te deducam. CH. audio. P. te esse illum dicam. CH.

intellego.

P. Tu

P. Tu illis fruare commodis, quibu' tu illum dicebas modo. 80  
 Cibum una capias. adfis. tangas. ludas. propter dormias.  
 Quandoquidem illarum neque quisquam te novit, neque scit qui fies.  
 Praeterea forma, aetas ipsa est, facile ut te pro eunucho probes.  
 CH. Dixisti pulchre. nunquam vidi melius consilium dari.  
 Age eamus intro. nunc iam orna me. adduc, duc quantum potes. 85  
 P. Quid agis? iocabar equidem. CH. garris? P. perii, quid ego  
 egi miser?  
 Quo trudis? perculeris iam tu me. tibi equidem dico, mane.  
 CH. Eamus. P. pergin'? CH. certum est. P. vide ne nimium calidum  
 hoc sit modo.  
 CH. Non est profecto. sine. P. at enim istaec in me cudetur faba. ah,  
 Flagitium facimus. CH. an id flagitium est, si in domum meretri-  
 ciam  
 Deducar. & illis crucibus, quae nos, nostramque adolescentiam  
 Habent despectam, & quae nos semper omnibus cruciant modis,  
 Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur?  
 An potius haec pari aequum est fieri, ut a me ludatur dolis?  
 Quod qui rescierint, culpent? illud merito factum omnes putent. 95  
 P. Quid istuc? si certum est facere, face. Verum ne post conferas  
 Culpam in me. CH. non faciam. P. iubes ne? CH. iubeo, cogo,  
 atque impero.  
 P. Nunquam defugiam auctoritatem. sequere. CH. Di vortant bene.

Male interpret putat  
 Callidum scribendum  
 non calidum, nam &  
 Graeci δεξιόν dicunt,  
 & versus aliter non  
 constat.

ACT. III. SCENA I.

THRASO miles. GNATHO. PARMENO.

MAGNAS vero agere gratias Thais mihi?  
 G. Ingenteis. T. ain' tu, laeta est? G. non tam ipso quidem  
 Dono, quam abs te datum esse: id vero serio  
 Triumphat. P. huc proviso, ut ubi tempus fiet,  
 Deducam. at eccum militem. T. est istuc datum  
 Profecto, ut grata mihi sint quae facio omnia.  
 G. Advorti hercle animum. T. vel rex semper maximas  
 Mihi agebat, quidquid feceram; aliis non item.  
 G. Labore alieno magnam partam gloriam,  
 Verbis saepe in se transmovet, qui habet salem,  
 Qui in te est. T. habes. G. rex te ergo in oculis. T. scilicet.  
 G. Gestare. T. verum: credere omnem exercitum,  
 Consilia. G. mirum. T. tum sicubi eum satietas  
 Hominum, aut negoti si quando odium ceperat,  
 Requiescere ubi volebat, quasi. nostin'? G. scio.  
 Quasi ubi illam exspueret miseriam ex animo. T. tenes.  
 Tum me convivam solum abducebat sibi. G. hui,  
 Regem elegantem narras. T. immo sic homo  
 Est perpaucorum hominum. G. immo nullorum arbitror,  
 Si tecum vivit. T. invidere omnes mihi. 20  
 Mordere clanculum. ego non flocci pendere.  
 Illi invidere misere. verum unus tamen  
 Impense, elephantis quem Indicis praefecerat.  
 Is ubi molestus magis est, quaeso inquam Strato  
 Eo ne es ferox, quia habes imperium in belluas? 25  
 G. O pulchre me hercle dictum & sapienter. papae.  
 Hominem iugularas. ille quid? T. mutu' illico.  
 G. Quid ni esset? P. Di vestram fidem hominem perditum  
 Miserumque, & illum sacrilegum. T. illud quid Gnatho  
 Quo pacto Rodium tetigerim in convivio, 30  
 Nunquid tibi dixi? G. nunquam. sed narra obsecro.

Senarii.  
 Ingenteis.) CICERO  
 In Laelio. Satis erat  
 respondere magnas:  
 ingentes, inquit. Sem-  
 5 per auget assentator  
 id quod is, cuius ad  
 voluntatem dicit, vult  
 esse magnum.  
 Rex) sub quo in Asia  
 militavi. Persarum  
 regem intelligit.  
 10 Salem.) Adeo, inquit  
 PLINIVS, sal ne-  
 cessarium est elemen-  
 tum, ut transferat  
 intellectus ad volup-  
 tatem animi quoque.  
 15 Gestare.) Q. CICERO  
 ad Tyronem. Te ut  
 dixi, fero oculis.

E e e e e e

Plus

*Pulpamentum.*) Cicero epistolam Scythae Philofophi ad Hannonem interpretans, *Mibi*, inquit, *amicui est Scythicum tegmen, calciamentum solorum callum, cubile terra, pulpamentum fames.*  
*Purgon me.*) Suspicionem a me amoveo. *Purgare* se is etiam dicitur, qui ignosci sibi petit. Vide *Phor.* sc. *ultimam.*

*Remordeat.*) *Remordere* est eum morde-  
 re, a quo mordeare,

Plus milies iam audiui. T. una in convivio  
 Erat hic, quem dico, Rhodius adolescentulus.  
 Forte habui scortum. coepit ad id alludere,  
 Et me irridere. Quid agis inquam, homo impudens? 35  
 Lepus tute es, & pulpamentum quaeris. G. ha, ha, hae.  
 T. Quid est? G. facete, lepide, laute. nil supra.  
 Tuum ne obsecro hoc dictum erat? vetu' credidi.  
 T. Audieras? G. saepe, & fertur in primis. T. meum est.  
 G. Doluit imprudenti adolescenti, & libero. P. at 40  
 Te di perdant. G. quid ille quaeso? T. perditus.  
 Rifu omnes qui aderant emoriri. denique  
 Metuebant omnes iam me. G. non iniuria.  
 T. Sed heus tu purgon' ego me de istac Thaidi,  
 Quod eam me amare suspicatur? G. nil minus. 45  
 Immo magis auge suspicionem. T. cur? G. rogas?  
 Scin', si quando illa mentionem Phaedriae  
 Facit. aut si laudat, te ut male urat? T. sentio.  
 G. Id ut ne fiat, haec res sola remedio est,  
 Vbi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam 50  
 Continuo. siquando illa dicit, Phaedriam  
 Comestatum intromittamus. tu, Pamphilam  
 Cantatum provocemus. si laudabit haec  
 Illius formam. tu huius contra. denique,  
 Referto par pari, quod eam remordeat. 55  
 T. Si quidem me amaret, tum istuc prodesset Gnatho.  
 G. Quando illud quod tu das, expectat atque amat.  
 Iamdudum amat te, iamdudum illi facile fit  
 Quod doleat. metuet semper, quem ipsa nunc capit  
 Fructum, ne quando iratus tu alio conferas. 60  
 T. Bene dixti. at mi istuc non in mentem venerat.  
 G. Ridiculum. enim non cogitaras. caeterum  
 Idem hoc tute meliu' quanto invenisses Thraso?

## ACT. III. SCENA II.

THAIS. THRASO. PARMENO.  
 GNATHO. PYTHIAS *ancilla.*

AVDIRE vocem visa sum modo militis,  
 Atque eccum, salve mi Thraso. THR. ô Thais mea,  
 Meum suavium, quid agitur? ecquid nos amas  
 De fidicina istac? P. quam venuste? quod dedit 5  
 Principium adveniens? THA. plurimum merito tuo.  
 G. Eamus ergo ad coenam. quid stas? P. hem alterum.  
 Ex homine hunc natum dicas. THA. ubi vis. non moror.  
 P. Adibo atque adsimulabo quasi nunc exeam.  
 Itura ne Thais quopiam es? THA. ehem Parmeno,  
 Bene fecisti hodie, itura. P. quo? THA. ecquid hunc vides? 10  
 P. Video, & me taedet. ubi vis dona adsunt tibi  
 A Phaedria. THR. quid stamus? cur non imus hinc?  
 P. Quaeso hercle ut liceat, pace quod fiat tua,  
 Dare huic quae volumus, convenire & conloqui. 15  
 THR. Perpulcra credo dona, haud nostris similia.  
 P. Res indicabit. heus iubete istos foras  
 Exire, quos iussi, ocyus. procede tu huc.  
 Ex Aetiopia est usque haec. THR. hic sunt tres minae,  
 G. Vix. P. ubi tu es Dore? accede huc. hem Eunuchum tibi 20  
 Quam liberali facie, quam aetate integra.  
 THA. Ita me Di ament, honestu' est. P. quid tu ais? Gnatho?  
 Nun-

Nunquid habes quod contemnas? quid tu autem Thrafo?

Tacent. sati' laudant. fac periculum in litteris,

Fac in palaeſtra, in muſicis. quae liberum

Scire aequum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo.

THR. Ego illum Eunuchum ſi ſit opus, vel ſobrius.

P. Atque haec qui miſit, non ſibi ſoli poſtulat

Te vivere, & ſua cauſſa excludi caeteros.

Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas

Oſtentat. neque tibi obſtat, quod quidam facit.

Verum ubi moleſtum non erit, ubi tu voles,

Vbi tempus tibi erit, ſat habet ſi tum recipitur.

THR. Apparet ſervum hunc eſſe domini pauperis,

Miferique. G. nam hercle nemo poſſet, ſat ſcio,

Qui haberet, qui pararet alium, hunc perpeti.

P. Tace tu, quem eſſe ego puto infra omnes infimos

Homines. nam qui hunc animum aſſentari induxeris,

E flamma te petere cibum poſſe arbitror.

THR. Iam ne imus? THA. hos prius introducā, & quae volo

Simul imperabo. poſt huc continuo exeo.

THR. Ego hinc abeo, tu iſtam opperire. P. haud convenit

Vna cum amica ire imperatorem in via.

THR. Quid tibi ego multa dicam? domini ſimilis eſ.

G. Ha, ha, hae. THR. quid rides? G. iſtuc quod dixi modo.

Et illud de Rhodio dictum in mentem venit.

Sed Thais exit. THR. abi, praecurre, ut ſint domi

Parata omnia. G. fiat. THA. diligenter Pythias

Fac cures, ſi Chremes huc forte advenerit

Vt ores, primum ut maneat. ſi id non commodum eſt,

Vt redeat. ſi id non poterit, ad me adducito.

PY. Ita faciam. THA. quid? quid dicere volui aliud?

Hem, curate iſtam diligenter virginem.

Domi adſitis facite. TH. eamus. THA. vos me ſequimini.

ACT. III. SCENA III.

CHREMES *adoleſcens.* PYTHIAS.

PROFECTO quanto magi', magisque cogito,  
Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum:

Ita me video ab ea aſtute labefactarier.

Iam tum cum primum iuſſit me ad ſe accerſier.

(Roget quis, quid tibi cum illa? ne noram quidem)

Vbi veni, cauſſam ut ibi manerem, repperit:

Ait rem divinam feciſſe ſe, & rem ſeriam

Velle agere mecum. iam tum erat ſuſpectio,

Dolo malo haec fieri omnia. ipſa accumbere

Mecum. mihi ſeſe dare, ſermonem quaerere.

Vbi friget, huc evaſit, quam pridem pater

Mi & mater mortui eſſent. dico, iam diu.

Rus Sunii equod habeam, & quam longe a mari.

Credo ei placere. hoc ſperat ſe a me avellere.

Poſtremo, & qua in die parva periſſet ſoror.

Ecquis cum ea una. quid habuiſſet, cum perit.

Ecquis eam poſſet noſcere. haec cur quaeritet,

Niſi illa forte, quae olim periit parvula

Soror, hanc ſe intendit eſſe? ut eſt audacia.

Verum ea ſi vivit, annos nata eſt ſedecim,

Non maior. Thais, ego quam ſum, maiuſcula eſt.

Miſit porro orare ut venirem ſerio.

E e e e e e 2

25

*Vel ſobrius*) Hinc col-  
liges invitam fuiſ-  
ſe Thaidem a Milite  
non ad veſpernam,  
ut veteres loqueban-  
tur, cum adhuc eſſet  
ſobrius. Vide quod  
ſupra notavimus *Act.*  
*II. Scena II. vide Act.*  
*IV. Scen. VII. verſ.*  
*penult.*

30

*Obſtat.*) Impedit.

35

*Sat ſcio.*) Scilicet.

40

45

50

*Fiat.*) Syllaba una,  
*ſi Chremes.*) Ad  
ſcenam ſequentem  
Paraſceve: ne quis  
abruptum ſcenae eius  
principium putet.

5

10

15

20

Aut

*Ait rem divinam fe-  
ciſſe, & rem ſeriam  
velle agere mecum.)*  
Vnusquisque ſua Sa-  
cra habebat: quae  
*ſacra privata* dice-  
bantur. Dies autem  
quo fiebant religioſus  
erat, ut eo ſerii nihil  
ageretur. In ſacris  
publicis obſervatum  
id fuiſſe, ut dies ali-  
quot ſequentes reli-  
gioſi eſſent, teſtis eſt  
CICERO ad Q. *Fra-  
trem epiſt. lib. ſecun-  
do. De noſtra* inquit  
*Tulliola* tui me ber-  
cule amantiffima ſpe-  
ro cum *Cratipede* noſ  
conſeciſſe. Dies erant  
duo, qui poſt *Latinas*



erant religiosi: caeterum confectum erat. De feriis Latinis, quae in monte Albano celebrabantur, Vide CICERONEM pro P. Sylla & pro Milone, Pyth.) Pythias de limine haec cum Chremete loquitur: quae si egressa esset scenam faceret novam. Sic *Heautont. act. iv. sc. iv.* stans prae foribus cum Syro loquitur Dromo, neque scenam novam facit. Sic cum Simone Dromo in *Andria*.

Aut dicat quod volt, aut molesta ne fiet.  
 Non hercle veniam tertio. Heus heus. P. hic quis est?  
 C. Ego sum Chremes. P. ô capitulum lepidissimum. 25  
 C. Dico ego mi insidias fieri. P. Thais maxime  
 Te orabat opere ut cras redires. C. rus eo.  
 P. Fac amabo. C. non possum inquam. P. at apud nos hic mane,  
 Dum redeat ipsa. C. nihil minus. P. cur, mi Chremes?  
 C. Malam in rem abis hinc? P. si istuc ita certum est tibi, 30  
 Amabo, ut illuc transeas, ubi ea est. C. eo.  
 P. Abi Dorias cito, hunc deduce ad militem.

## ACT. III. SCENA IV.

ANTIPHON *adolescens.**Iamb. Octon. catal.*

HERI aliquot adolescentuli coimus in Peiraeo,  
 In hunc diem ut de symbolis essemus. Chaeream ei rei  
 Praefecimus. dati anuli, locu', tempus constitutum est.  
 Praeteriit tempus. quo in loco dictum est, parati nihil est.  
 Homo ipse nusquam est. neque scio quid dicam, aut quid con-  
 iectem. 5  
 Nunc mi hoc negoti caeteri dedere, ut illum quaeram:  
 Idque adeo visam si domi est. quis nam hinc a Thaide exit?  
 Is est, an non? ipsu' est. quid hoc hominis, qui hic est ornatus?  
 Quid id mali est? nequeo satis mirari, neque conicere.  
 Nisi quidquid est, procul hinc libet priu' quid sit sciscitari. 10

*Quis nam hic est?*) Tempus non videtur habuisse Chaerea ad id quod scena sequenti fecisse narrat. Dum enim paratur ut lavet virgo, dum iit, lavat, redit, dum in lecto collocatur, dum stibellam Chaerae datur, dum somnus virginem occupat, dum satis ne tuta omnia sint, circumspicit Chaerea, dum vitiat virginem, dum ei omnem vestem discindit, dum ipsam capillo conscindit, annus est.

*Nisi.) Nisi pro sed. vide Adelph. Act. I. sc. II. versum ultim.*  
*Sciscitari.) A Sciseo Sciseto & Sciscitor: Sciseo autem a scio.*

## ACT. III. SCENA V.

CHAEREA. ANTIPHON.

\* Octon. Troch. cat.

NUNQVIS hic est? nemo est. nunquis hinc me sequitur? nemo  
 homo est. \*  
 Iam ne erumpere hoc licet mihi gaudium? pro Iuppiter  
 Nunc tempu' profecto est, cum perpeti me possum interfici,  
 Ne vita, aliqua hoc gaudium contaminet aegritudine.  
 Sed neminem ne curiosum intervenire nunc mihi, 5  
 Qui me sequatur quoquo eam, rogitando obtundat, enicet  
 Quid gestiam. aut quid laetes sim. quo pergam. unde emergam. ubi  
 siem  
 Vestitum hunc nactus. quid mihi quaeram: sanus sim ane insaniam?  
 A. Adibo. atque ab eo gratiam hanc, quam video velle inibo.  
 Chaerea, quid sic gestis? aut quid sibi hic vestitus quaerit? 10  
 Quid est quod laetus sis? quid tibi vis? sati' ne sanus? quid me  
 Adspectas, quid taces? C. ô festu' dies hominis. amice  
 Salve. nemo omnium est, quem ego magis nunc cuperem quam te.  
 A. Narra istuc quaeso quid fiet. C. immo ego te obsecro hercle  
 ut audias.  
 Nostin' hanc, quam frater amat? A. novi, nempe opinor Thaidem. 15  
 C. Istam ipsam. A. sic commemoreram. C. quaedam hodie est ei  
 dona data

Virgo.

*Festus dies.)* Laetitia plenus, iucundus. CICERO in *Vatinium*, *Omitto epulum pop. Roma. diem festum argento ne omni apparatu ornatuque visendo.* De festis diebus vide MACROBIVM.

Virgo. quid ego eius tibi nunc faciem praedicem, aut laudem Antipho.  
Cum ipsum me noris, quam elegans formarum spectator flem?

In hac commotu' sum. A. ain' tu? C. primam dices scio, si videris.

Quid multa verba? amare coepi. forte fortuna domi

20

Quidam erat eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi.

Neque is deductus etiam tum ad eam. summonuit me Parmeno

Ibi servus, quod ego arripui. A. quid id est? C. tace sis, citius audies.

Vt vestem cum illo mutem, & pro illo iubeam me deducier.

A. Pro eunuchon'? C. sic est. A. quid tandem ex ea re ut caperēs commodi?

C. Rogas? viderem, audirem, essem una qua cum cupiebam, Antipho.

Num parva causa, aut parva ratio est? traditus sum mulieri,

Illa illico ubi me accepit, laeta vero ad se abducit domum

Commendat virginem. A. cui? tibi ne? C. mihi. A. satis tuto tamen.

C. Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat. & mihi, ne abscedam, imperat,

30

In interiore parte ut maneam solus cum sola. adnuo,

Terram intuens modeste. A. miser. CH. ego inquit ad coenam hinc eo.

Abducit secum ancillas. paucae, quae circum illam essent manent

Puellae novitiae. continuo huic adornant, ut lavet.

Adhortor properent. dum apparatus, virgo in conclavi sedet,

35

Suspectans tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura haec, Iovem

Quo pacto Danae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum.

Egomet quoque id spectare coepi. & quia consimilem luserat

Iam olim ille ludum, impendio magis animu' gaudebat mihi,

Deum sese in hominem convertisse, atque per alienas tegulas

40

Fucum factum mulieri venisse per impluvium clanculum.

At quem deum? qui templa coeli summa sonitum concutit.

Ego hoc \* homuncio ne facerem? illud ego vero ita feci, ac lubens.

Haec dum mecum reputo, lavatum intereo virgo arceritur;

lit. lavit. rediit. deinde illam in lecto illae collocant.

45

Sto exspectans, si quid imperent. venit una, Heus tu inquit, Dore,

Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito dum lavamus,

Vbi nos laverimus, si voles lavato. accipio tristis.

A. Tum equidem istuc os tuum impudens videre nimium vellem.

Status quis esset flabellum tenere te asinum tantum.

50

C. Vix elocuta est haec, foras simul omnes prouunt se.

Abeunt lavatum, perstrepunt, ita ut fit, domini ubi absunt.

Interea somnus virginem opprimit. ego limi' adspecto

Sic per flabellum clanculum, & simul alia circumspecto

Sati' ne explorata sint. video esse. pessulum ostio obdo.

55

A. Quid tum? C. quid tum fatue? A. fateor. C. egon' occasionem

Mihi ostentatam tam brevem, tam optatam, tam insperatam,

Amitterem? tum pol ego is essem vere, qui adsimulabar.

A. Sane hercle ut dici'. Sed interim de symbolis quid actum est?

C. Paratum est. A. frugi es, ubi? domin'? CH. imo apud libertum

60

Discum.

A. Perlonge est. sed tanto ocyus properemus. muta vestem.

C. Vbi mutem? perii, nam domo exulo. nunc metuo fratrem,

Ne intus sit. porro autem, pater ne rure redierit iam.

A. Eamus ad me. ibi proximum est, ubi mutes. C. recte dicis.

Eamus. & de istac simul quo pacto porro possim

65

Potiri, consilium volo capere una tecum. A. fiat.

Extrema voce dicitur  
primi quibus verbum  
seductum indicat.

Extrema voce dicitur  
ver. quibus verbum  
quodam indicat.

Extrema voce dicitur  
ver. quibus verbum  
quodam indicat.

Miser.) ASCONIVS  
miserum a Cicerone  
pro innocente dici  
vult.

Puellae novitiae.)

Novitiam tamen Py-  
thiam reliqua Comoe-  
dia non inducit, cu-  
ius & tam urbanus  
sermo, & tam acuta  
inventa ad fallendum  
Parmenonem, & tan-  
tus iam rerum usus,

ut quod Dorias mi-  
raretur, audivisse se  
dicat, Eunuchos nem-  
pe amantes mulierum  
esse summos, nil po-  
tuisse tamen. Pythiam  
autem relictam domi  
constat. Novitiae ve-  
ro puellae servae nu-  
per emptae dicuntur,  
quibus veteranae  
servae opponuntur.

\* Homuncio scribi  
quidam volunt.

Foras.) Extra virgi-  
nis cubiculum, non  
extra domum.

Imo apud anapaestus,

## ACT. IV. SCENA I.

DORIAS ancilla.

Octon. Iamb.

Extrema vers. huius  
primi syllaba versum  
sequentem inchoat.

Extrema sexti huius  
ver. syllaba vers. se-  
quentem inchoat.

Primam undecimi hu-  
ius ver. syllabam ex-  
trema praecedentis  
vers. absunit.

ITA me Di bene ament, quantum ego illum vidi, nonnil timeo  
misera,

Ne quam ille insanu' hodie turbam faciat, aut vim Thaidi.  
Nam postquam iste advenit Chremes adolescens frater virginis,  
Rogat illum admitti ut iubeat, ille continuo irasci, neque  
Negare audere. Thais porro instare ut hominem invitet. id  
Faciebat retinendi illius causa: quia quae cupiebat illa  
De sorore eiu' indicare, ad eam rem tempus non erat.

Invitat tristis, mansit: ibi illa cum illo sermonem occipit:  
Miles vero sibi putare adductum ante oculos aemulum.

Voluit facere contra hic aegre: puer heus, inquit, Pamphilam 10

Accerse ut delectet hic nos. illa exclamat, minime gentium  
Tun' in convivium illam? miles tendere inde ad iurgium.

Interea aurum sibi clam mulier demit, dat mihi ut auferam.

Hoc signi est, ubi primum poterit, illi se subducet scio.

*Auferam.*) Domum feram. Verum erat *abferam*. CICERO de Oratore. Sic Pythias  
Doriae quae nondum aurum domi deposuerat, *aufer aurum hoc, ego scibo ex hoc quid fiet.*

## ACT. IV. SCENA II.

PHAEDRIA.

Senarii.

DVM rus eo, coepi egomet mecum inter vias,  
Ita ut sit, ubi quid in animo est molestiae,  
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in  
Peiorem partem, quid opu' est verbis? dum haec puto,  
Praeterii imprudens villam. longe iam abieram,  
Cum sensi: redeo rursus male vero me habens.

Vbi ad ipsum veni diverticulum constitui.

Ocepi mecum cogitare, Hem, biduum hic  
Manendum est soli illa sine? quid tum postea?

Nihil est. quid nil? si non tangendi copia est,

Eho, ne videndi quidem erit? si illud non licet,  
Saltem hoc licebit. certe extrema linea.

Amare, haud nihil est. villam praetereo sciens.

Sed quid, quod timida subito egreditur Pythias?

## ACT. IV. SCENA III.

PYTHIAS. DORIAS. PHAEDRIA.

Octon. Iamb.

VBI illum ego scelerosum misera atque impium inveniam? aut ubi  
Queram? hoccine tam audax facinus esse ausum? perii. PH. hoc  
quid sit \* vereor.

PY. Quin insuper etiam scelu', postquam iudicata' est virginem,  
Vestem omnem miserae discidit. tum ipsam capillo conscidit

PH. Hem. PY. qui nunc si detur mihi,

Vt ego unguibus facile illi in oculos involem venefico?

PH. Profecto, nescio quid absente nobis turbatum est domi.

Adibo. quid istuc? quid festinas, aut quem quaeris Pythia?

Py. Hem Phaedria, egon' quem quaeram? abi hinc quo dignu' es  
cum donis tuis

Tam inlepidis. PH. quid rei istud est?

Tribrachys pro Iam-  
bo.

Quaternarius.

Quaternarius.

10  
Py.

Py. Rogas me? eunuchum quem dedisti nobis quas turbas dedit?  
 Vitiavit virginem quam herae dederat dono miles. PH. quid ais?  
 Py. Perii. PH. nae temulenta es. Py. utinam sic sint, qui mi male volunt.  
 D. Hau obsecro mea Pythia, quid istuc nam monstri sunt?  
 PH. Qui istuc facere eunuchus \* potuit?  
 Py. Illum ego nescio qui fuerit: hoc quod fecit, res ipsa indicat.  
 Virgo ipsa lacrumat. neque cum rogitas quid sit, audet dicere.  
 Ille autem bonu' vir nusquam apparet. etiam hoc misera suspicor;  
 Aliquid domo abeuntem abstulisse. PH. nequeo mirari satis  
 Quo abire ignavos illic possit longius; nisi si domum  
 Forte ad nos rediit. Py. vise amabo num sit. PH. iattu faxo scias.  
 D. Perii, obsecro tam infandum facinus mea tu? ne audiui quidem.  
 Py. At pol ego amatores audieram esse mulierum eos maximos,  
 Sed nil potesse: verum miserae non in mentem venerat.  
 Nam illum aliquo concludsem. neque illi commissem virginem.

Sic sint.) Affecti ita ut ego sum.

15 Quaternarius, in quo pro Iambo Tribraebys.

Quaem amas.) Parmeno  
 (sua prima, ad  
 tunc solus egredietur:  
 secunda vero eundem  
 agens Chaeam do-  
 mo egredi iubet praes-  
 tate Thaidi: ut mi-  
 rum valde sit dicere  
 hic TERNITIVM,  
 una Parmenonem &  
 Chaeam egredios  
 domo.

Ludificatus est virginem.) Hecyrae ad. primi. sc. ii. Nam quam decreverim non posse me diutius habere, eam ludibrio baberi Parmeno, &c. Graeci ludificari γελωτοποιεῖν dicunt. Quas turbas dedit.) fecit. TERENTIUS in Adelpbis, O Aeschine pol haud paternum istuc dedisti.

D. Hau obsecro mea Pythia &c.) In proscenio tacita & otiosa videtur mansisse Dorias, ex quo ad spectatores coepit loqui Phaedria. Domum enim non fuisse ingressam cum auro ex eo intelligimus, quod in fine etiam scenae quartae aurum prae manibus habet. Sic enim ei Pythias, Aufer aurum hoc: ego scibo ex hoc quid fiet. Quod quam ex arte fit, non video; aliis locis video a TERENTIO observatum, ut persona quae tacita in Proscenio mansura est, causam cur id faciat dicat: ne otiosa videatur.

Mea tu.) Vidisti subintelligo: sequitur enim, ne auditoi quidem. Quod certe cum eo pugnat, quod est ad. v. initio, Pergin scelesta mecum perplexe loqui? Scio, nescio, abiit; audiui, ego non adfui. Vnde videmus dixisse Pythiam aliud Thaidi, aliud Doriae.

ACT. IV. SCENA IV.

PHAEDRIA. DORVS. PYTHIAS. DORIAS.

Senarii.

EXI foras sceleste. at etiam restitas  
 Fugitive? prodi male conciliate. DO. obsecro. PH. oh,  
 Illud vide os ut sibi distorsit carnisfex.  
 Quid huc reditio est? quid vestis mutatio est?  
 Quid narras? paulum si cessassem Pythia,  
 Domi non offendissem. ita iam ornabat fugam. 5  
 Py. Habes ne hominem amabo? PH. quid ni? Py. o factum bene.  
 D. Istuc pol vero bene. Py. ubi est? P. rogitas? non vides?  
 Py. Videam obsecro, quem? PH. hunc scilicet. Py. quis hic est homo?  
 PH. Qui ad vos deductus hodie est. Py. hunc oculis suis 10  
 Nostrarum nunquam quisquam vidit Phaedria  
 PH. Non vidit? Py. an tu hunc credidisti esse obsecro  
 Ad nos deductum? PH. nanque alium neminem habui. Py. hau,  
 Ne comparandus hic quidem ad illum est. ille erat  
 Honesti facie, & liberali. PH. ita visus est 15  
 Dudum, quia veste varia exornatus fuit.  
 Nunc tibi videtur foedu', quia illam non habet.  
 Py. Tace obsecro. quasi vero paulum interfiet.  
 Ad nos deductus hodie est adolescentulus,  
 Quem tu vero videre velles Phaedria. 20  
 Hic est vetus, vietus, veternosus, senex,  
 Colore mustellino. PH. hem, quae haec est fabula?  
 Eo redigis me, ut quid egerim egomet nesciam.  
 Eho tu emin' ego te? Do. emisti. Py. iube mihi denuo  
 Respondeat. PH. roga. Py. venisti hodie ad nos? negat. 25  
 At ille venit annos natus sedecim,  
 Quem secum adduxit Parmeno. PH. agedum, hoc mi expedi  
 Primum. unde habes istam vestem, quam habes? taces?

*Vna ambo.)* Parmeno  
scena prima, actus  
tertius solus egreditur:  
secunda vero eiusdem  
actus Chaeream do-  
mo egredi iubet prae-  
sente Thaide: ut mi-  
rum valde sit dicere  
hic TERENTIUM,  
una Parmenonem &  
Chaeream egressos  
domo.

*Tribrachys pro  
Troch.*

*Hilarior.)* Interpres  
*Alacrior.* Alacer ve-  
ro sive alacris, utro-  
que enim modo di-  
cimus, is qui viget  
sensibus universis;  
nam e contrario La-  
cer dicitur cui am-  
putata sunt sensuum  
membra. ASCONIVS.

Monstrum hominis, non dicturus? Do. venit Chaerea.

PH. Quis? frater ne? Do. ita. PH. quando? Do. hodie. PH.  
quam dudum? Do. modo.

PH. Qui cum? Do. cum Parmenone. PH. noras ne eum prius? 30  
Do. Non, nec qui esset, unquam audieram dicier.

PH. Vnde igitur fratrem meum esse scibas? Do. Parmeno  
Dicebat eum. is dedit hanc vestem mi. PH. occidi.

Do. Meam ipse induit. post, una ambo abierunt foras. 35

Py. Iam sati' credis me sobriam esse, & mentitam nihil?

Iam sati' certum est virginem vitiatam esse? PH. age nunc bellua,  
Credi' huic quod dicat? Py. quid isti credam? res ipsa indicat.

PH. Concede istuc paululum. audin'? etiam paulum. fat est.

Dic dum hoc rursus, Chaerean' tuam vestem detraxit tibi? 40

Do. Factum. PH. & ea est indutus? Do. Factum. PH. & pro te  
huc deductus est? Do. ita.

PH. Iuppiter magne, o scelestum, atque audacem hominem. Py.  
vae mihi.

Etiam nunc non credi' indignis nos esse irrisas modis?

PH. Mirum ni tu credi' quod iste dicat. quid agam nescio. heus

Tu negato rursus. possumne ego hodie ex te exculpere 45

Verum? vidisti. ne fratrem Chaeream? Do. non. PH. non potest

Sine malo fateri, video. sequere hac, modo ait, \* modo negat.

Ora me. Do. obsecro te vero Phaedria. PH. I intro. Do. hoi, hei.

PH. Alio pacto honeste quo modo hinc nunc abeam nescio.

Actum est siquidem. tu me hic etiam nebulo ludificabere? 50

Py. Parmenonis tam scio esse hanc technam, quam me vivere.

Do. Sic est. Py. inveniam ego hodie parem ubi pol referam gratiam.

Sed nunc quid mihi faciendum censes Doria? Do. de istac rogas

Virgine? Py. ita, utrum taceam ne, an depraedicem? Do. tu pol si sapiis,

Quod scis, nescis, neque de Eunuchis, neque de vitio virginis. 55

Hac re omni te turba evolves, illi gratum feceris.

Id modo dic, abisse Dorum. Py. ita faciam. Do. sed videon' Chremen?

Thais iam adierit. Py. quid ita? Do. quia cum inde abeo, iam tum  
inceperat

Turba inter eos. Py. aufer aurum hoc: ego scibo ex hoc quid fiet.

## ACT. IV. SCENA V.

### CHREMES. PYTHIAS.

AT at data hercle verba sunt mihi. vicit vinum quod bibi.

Ac dum accubabam, quam videbar mi esse pulchre sobrius,

Postquam surrexi, neque pes, neque mens sati' suum officium facit.

Py. Chreme. C. quis est? ehem Pythia, vah quanto nunc formosior

Videre, quam dudum? Py. certe quidem tu pol multo hilarior. 5

C. Verbum hercle hoc verum est, Sine Cerere & Libero friget Venus.

Sed Thais multo ne ante venit? Py. an abiit iam a milite?

C. Iam dudum aetatem: lites sunt inter eos factae maxumae.

Py. Nil dixit tum, ut sequerere sese? C. nil, nisi abiens mi innuit.

Py. Eho nonne id sat erat? C. at nescibam id dicere illam, nisi quia 10

Correxit me miles, quod minus intellexi, extrusit foras.

Sed eccam, ipsam video. miror ubi huic ego anteverterim.

*Verum hercle hoc verbum est, sine Cerere & Libero friget Venus.*

*Verum hunc scriptum etiam hoc modo reperio,*

*Verum hercle verbum hoc est, sine Cerere & Baccho friget Venus.* Atque ita si legatur  
Iambicus erit Odonarius Acatalepticus quales & superiores & inferiores omnes. Nisi velis  
Libero esse Dactylum. Vide quod in versiculum illum Adelporum ad. II. Sce. I. est a  
nobis adnotatum. Domo me eripuit. CICERO certe lib. secundo de Natura Deorum,  
Libero legit, cuius haec sunt verba, Itaque cum illud quod erat a Deo natum nomine  
ipsius dei nuncupabant ut cum fruges Cererem appellamus, Vinum autem Liberum. Ex  
quo illud TERENTII, Sine Cerere & Libero friget Venus.

ACT.

ACT. IV. SCENA VI.

THAIS. CHREMES. PYTHIAS.

*Octon. Troch. cat.*

CREDO equidem illum iam affuturum, ut illam a me eripiat. sine ut Veniat. atqui si illam digito attigerit uno, oculi illico Effodiuntur: usque adeo \* ego illiu' ferre possum ineptias, Et magnifica verba, verba dum sint. verum ad rem si enim Conferuntur, vapulabit.

C. Thais, ego iam dudum hic adsum. T. o mi Chreme, te ipsum expectabam.

5 *Quaternarius. Troch. acatalecticus.*

Scin' tu turbam hanc propter te factam? & adeo ad te attinere hanc Rem omnem? C. ad me? qui? quasi istuc. T. quia dum tibi fororem studeo

Redere, & restituere, haec atque huiu' modi sum multa passa.

*Redere hic propter versus rationem alterum D. perdit.*

C. Vbi ea est? T. domi apud me. C. hem. T. quid id est? Educta ita, uti teque illaque est dignum. C. quid ais? T. quod res est:

Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quicquam pretii.

C. Et habetur, & refertur a me Thais? ita uti merita es

*Refertur.) Referrè hic dicitur gratia sine re, animo tantum, nisi Referetur magis placet.*

Gratia. T. at enim cave ne priu', quam hanc a me accipias, amittas

Chreme: nam haec ea est, quam miles a me vi nunc venit ereptum, 15 Abi tu, & cistellam Pythia domo effer cum monumentis.

*Abi posteriore correpta.*

C. Viden' tu illum Thais? P. ubi sita est? T. in Risco. † odiosa cessas?

C. Militem secum ad te quantas copias adducere?

Atat. T. num formidolosus obsecro mi homo es? C. \* apagesis

*Tribrachys pro Troch.*

Ego formidolosus? nemo est hominum, qui vivant, minus. 20

T. Atque ita opu' est. C. hau, metuo qualem tu me esse hominem existumes.

T. Immo hoc cogitato, qui cum res tibi est, peregrinus est,

*Potens.) Dives.*

Minu' potens quam tu, minu' notu', amicorum hic habens minus.

C. Istuc scio. Sed tu quod cavere possis, stultum admittere est.

Malo ego nos prospicere, quam hunc ulcisci accepta iniuria. 25

Abi tu, atque ostium oblera intus, dum hinc ego transcurro ad forum.

*Abi posteriore correpta.*

Volo ego adesse hic advocatos nobis in turba hac. T. mane.

C. Melius est. T. mane. C. omitte, iam istuc adero. T. nihil istis Chreme opu' est.

Hoc dic modo, sororem illam tuam esse, & te parvam virginem.

Amisisse, nunc cognosse, signa ostende. P. adsum. T. cape. 30

Si vim faciet, in ius ducito hominem. intellextin'? C. probe.

T. Fac animo haec praesenti dicas. C. faciam. T. attolle pallium.

Perii, huic ipsi est opu' patrono, quem defensorem paro.

*Usque adeo.) Usque paretcon est; nam Adeo Vsque adeo significat. TERENTIUS in Phormione. Adeo rem rediisse, ut qui mihi consultum esse velit optime, Phaedria patrem extimescat.*

*† In Risco.) De Risco ita POLLUX, Eis à δὲ κατέβητο τὰς ἐσθῆτας πάντας χηλοὶ μὲν καὶ ὀμῆσαν κοῖταιί τε καὶ κισσοὶ καὶ κίσαί καὶ ζυγαῖρια, παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις καὶ ρίσκος καὶ κινδύλιες.*

ACT. IV. SCENA VII.

THRASO, GNATHO, SANGA, CHREMES, THAIS.

*Octon. Iamb.*

HANCINE ego, ut contumeliam tam insignem in me accipiam Gnatho?

G g g g g g g

Mori

Mori me fatius est. Simalio, Donax, Syrifce, sequimini.  
Primum aedeis expugnabo. G. recte. THR. virginem eripiam. G.  
probe.

THR. Male multabo ipsam. G. pulchré. THR. huc in medium  
agmen cum vecti Donax

Tu Simalio in sinistrum cornu, tu Syrifce in dexterum.

Cedo alios, ubi Centurio Sanga, & manipulus furum? S. eccum,  
adeft.

THR. Ignave quid? peniculon' pugnare, qui istum huc portes,  
cogitas?

S. Egone? imperatoris virtutem noveram, & vim militum.

Sine sanguine hoc fieri non posse, qui abstergerem vulnera.

THR. Vbi alii? S. qui (malum) alii? solus Sannio servat domi. 10

THR. Tu hosce instrue. hic ego ero post principia. inde omnibu'  
signum dabo.

G. Illuc est sapere. ut hosce instruxit, ipse sibi cavit loco?

TH. Hoc factitavit idem Pyrrhus. CH. viden' tu Thais quam hic  
rem agit?

Nimirum consilium istud rectum est, de occludendis aedibus.

THA. Sane quod tibi nunc vir videatur esse hic, nebulo magnus  
est. 15

Ne metuas. THR. quid videtur? G. fundam tibi nunc nimi' vel-  
lem dari,

Vt tu illos procul hinc ex occulto caederes. facerent fugam. \*

THR. Sed eccam Thaidem ipsam video. G. quam mox irruimus?

THR. mane.

Omnia priu' consilio experiri, quam armis, sapientem decet.

Qui scis an quae iubeam, sine vi faciat? G. Dei vestram fidem, 20

Quanti est sapere. nunquam accedo ad te, quin abs te abeam doctior.

THR. Thais primum hoc mi responde, cum tibi do istam virginem,

Dixti hos dies mihi soli dare te? THA. quid tum postea THR.  
rogitas?

Mihi quae coram ante oculos adduxisti amatorem tuum?

Thais quid cum illo ut agas? & cum eo clam subduxisti te mihi? 25

THA. Libuit. THR. huc ergo Pamphilam redde, nisi mavis vi eripi.

CH. Tibi illam reddat? tu illam tangas, omnium? G. ah, quid  
ais? tace.

CH. Quid tu tibi vis? THRA. ego non tangam meam? CH. tuam  
autem furcifer?

G. Cave sis, nescis cui maledicas nunc viro. CH. non tu hinc abis?

Scin' tu ut tibi res sese habeat? si quidquam hodie hic turbas  
coeperis, 30

Faciam ut huius loci, dieique, meique semper memineris.

G. Miseret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.

CH. Diminuum ego caput tuum hodie, nisi abis. G. ain' vero canis?

Sicine agis? THR. quis tu homo es? quid tibi vis? quid cum illa  
rei tibi est?

CH. Scibis. principio eam esse dico liberam. THR. hem. CH. ci-  
vem Atticam. THR. hui. 35

CH. Meam sororem. THR. os durum. CH. miles, nunc adeo  
edico tibi,

In illam ne vim facias ullam. Thais ego eo ad Sophronam

Nutricem, ut eam adducam, & signa haec ostendam. THR. tun'  
me prohibeas

Meam ne tangam? CH. prohibeo inquam. G. audin' tu? hic furti  
se alligat.

CH. Satis hoc tibi est? THR. idem hoc tu ais Thais? THA.  
quaere qui respondeat. 40

THR. Quid nunc agimus? G. quin redeamus. iam haec tibi aderit  
supplicans

Vltro,

*Peniculon' pugnare.)*

*Peniculi ut SEXTO  
POMPEIO placet,  
Spongiae sunt longae  
propter caudarum si-  
militudinem ita ap-  
pellatae: penes enim  
vocabantur caudae:  
iis calciamenta, men-  
sae, pavimenta que  
tergebantur. PLAVTVS  
in Menaechmis act. I.  
sub persona Parasiti,  
Iuventus nomen fecit  
peniculo mihi: Ideo  
quia mensam, quando  
edo, detergeo. CICERO  
ad Paetum, epist. cu-  
ius est initium. Amo  
perrecundiam, Cau-  
sam, inquit, antiqui  
Penem vocabant: ex  
quo est per similitudi-  
nem Peniculus: ut  
hodie penis est in ob-  
scoenis.*

*\* Facerent fugam.)*

*Facere fugam pro fu-  
gere dicit TERENCE-  
TIVS, at CICERO  
pro fugare dixit. Sic  
enim in oratione pro  
Domo sua, Quas iste  
tum caedes quas la-  
pidationes, quas fu-  
gas fecerit, vidistis.  
Tangas.) Capias. TE-  
RENTIVS in Adel. Te-  
tigin tui quidquam?  
CICERO de L. Agra-  
ria, Idcirco inquit  
agros nominare non  
possum, quia tangam  
nullum ab invito.*

*Quaere qui respon-  
deat.) Haec Thais  
domum se proripiens.  
Nam si in proscenio  
mansisset, non po-  
tuisset actum sequen-  
tem inchoare.*

Ulro. THR. credin' ? G. immo certe. novi ingenium \* mulierum, \* *Tibrachys pro Troch.*  
 Nolunt ubi velis. ubi nolis, cupiunt ultro. TH. † bene putas.  
 G. Iam dimitto exercitum? THR. ubi vis. G. Sanga, ita uti for- † *Tibrachys pro Troch.*  
 tes decet  
 Milites, domique focique fac vicissim ut ‡ meminertis. 45 ‡ *Tibrachys pro Troch.*  
 S. Iam dudum est animu' in patinis. G. frugi es. THR. vos hac \* *Tibrachys pro Troch.*  
 me \* sequimini.

Hinc colligas non fuisse ad vespertinam ut antea dicebamus *Act. iii. Sc. ii.* invitata Thaidem, cum eodem die Sanga coquus a Gnathone sui officii commohefiat. Praeterea, quod multo maximum est argumentum, tot res post coenam geri eodem die non potuerunt: quod fateri cogemur, si *coenam* pro vespertina sumimus. Comoediam vero actum diei unius continere dicamus oportet. Nisi forte plurium dierum res Comoedia hac TERENTIVM dicamus conclusisse: quod & in *Heautont.* videmus fecisse: & si non satis ex arte: quem admodum notatum a nobis est suo loco.

ACT. V. SCENA I.

THAIS. PYTHIAS.

*Senarii.*

PERGIN' scelesti mecum perplexe loqui?  
 Scio, nescio. abiit. audivi. ego non adfui.  
 Non tu istuc mihi dictura aperte es, quidquid est?  
 Virgo concisa veste lacrymans obticer.  
 Eunuchus abiit. quamobrem? quid factum est? taces?  
 P. Quid tibi ego dicam misera? illum Eunuchum negant  
 Fuisse. T. quis fuit igitur? P. iste Chaerea.  
 T. Qui Chaerea? P. iste ephebus frater Phaedriae.  
 T. Quid ais venesica? P. atqui certo comperi.  
 T. Quid is obsecro ad nos? quamobrem adductu' est? P. nescio. 10  
 TH. Infelix, siquidem tu istaec vera praedicas.  
 Num id lacrymat virgo? P. id opinor. T. quid ais sacrilega?  
 TH. Istuc ne interminata sum hinc abiens tibi?  
 P. Quid facerem? ita ut tu iusti, soli credita est.  
 T. Scelesti, lupo ovem commisisti. dispudet,  
 Sic mihi data esse verba. quid hominis illic est?  
 P. Hera mea tace obsecro, salvae sumus. hominem.  
 Habemus ipsum. T. ubi is? P. ad sinistram. non vides?  
 Hem. T. video. P. comprehendi iube, quantum potest.  
 T. Quid illi facies stulta? P. Quid faciam, rogas?  
 Vide amabo, si non cum aspicias, os impudens  
 Videtur. T. non. P. tum quae eius confidentia est.

5  
 15 *Data esse verba.)  
 A Phaedria.*

20

ACT. V. SCENA II.

CHAEREA. THAIS. PYTHIAS.

*Senarii.*

APVD Antiphonem uterque, mater & pater,  
 Quasi dedita opera domi erant, ut nullo modo  
 Introire possem, quin viderent me. interim  
 Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obviam  
 Venit, ubi vidi, ego me in pedes, quantum queo,  
 In angiportum quoddam desertum. inde item  
 In aliud, inde in aliud. ita miserrimus  
 Fui fugitando, ne quis me cognosceret.  
 Sed est ne haec Thais, quam video? ipsa est. haereo.

5

G g g g g g g

Ah,



*Ab, quid faciam.)*  
Haec ad spectatores  
dum loquutus est  
Chaerea, tacitas &  
otiosas in proscenio  
neceffe est mansisse  
Thaidem & Pythiam,  
quae quid ibi rema-  
nerent, non dixerint  
Non satis ex arte,

*Conturbasti mihi ra-  
tiones omnes.) Con-  
turbare est omittis  
veteribus creditori-  
bus novis satisfacere.  
CICERO pro Cn. Plan-  
cio. Fac me multis  
debere: & in iis  
Planco: utrum igitur  
me conturbare  
oportet? an caeteris  
cum dies venerit, hoc  
nomen quod urget,  
nunc, cum petitur  
dissolvere?*

*Apaga.) Graecum  
est. TERENTIVS  
latine dicit Ausfer.  
Sic enim in Adelph.  
ad. v. sce. VIII. In-  
sanis, aufer.*

Ah, quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi? 10  
T. Adeamus. bone vir Dore salve. dic mihi,  
Aufugistin? C. hera, factum. T. fatin' id tibi placet?  
C. Non. T. credin' te impune abiturum? C. unam hanc noxiam  
Mitte. si aliam ullam admisero unquam, occidito.  
T. Num meam saevitiam veritu' es? G. non T. quid igitur? 15  
C. Hanc metui, ne me criminaretur tibi.  
T. Quid feceras? CH. paulum quiddam. T. eho paulum impudens?  
An paulum hoc esse tibi videtur, virginem  
Vitiare civem? C. conservam esse credidi.  
P. Conservam? vix me contineo quin involém in 20  
Capillum. monstrum, etiam ultro derisum advenit.  
T. Abi hinc insana. P. quid ita vero? debeam  
Credo isti quidquam furcifero, si id fecerim:  
Praesertim cum se servum fateatur tuum.  
T. Missa haec faciamus. non te dignum Chaerea 25  
Fecisti. nam si ego digna hac contumelia  
Sum maxime, at tu indignus, qui faceres tamen.  
Neque aedepol quid nunc consilii capiam scio  
De virgine istac. ita conturbasti mihi  
Rationes omnes, ut eam non possim suis, 30  
Ita ut aequum fuerat, atque ut studui, tradere:  
Solidum ut parerem hoc mihi beneficium Chaerea.  
C. At nunc dehinc spero aeternam inter nos gratiam  
Fore Thais. saepe huiusmodi ex re quapiam, &  
Ex principio malo magna familiaritas 35  
Conflata est. quid si hoc quispiam voluit deus?  
T. Equidem pol in eam partem accipioque, & volo.  
C. Immo ita quaeso. unum hoc scito, contumeliae  
Non me fecisse causa, sed amoris. T. scio.  
Et pol propterea magi' nunc ignosco tibi. 40  
Non adeo inhumano ingenio sum Chaerea,  
Neque tam imperita, ut quid amor valeat, nesciam.  
C. Te quoque iam Thais, ita me Di bene ament, amo.  
P. Tum pol ab isto tibi hera cavendum intellego.  
C. Non ausim. P. nil tibi quidquam credo. T. desinas. 45  
C. Ego me tuae commendo, & committo fidei.  
Nunc ego te in hac re mi oro ut adiutrix fies.  
Te mihi patronam cupio Thais. te obsecro.  
Emoriar, si non hanc uxorem duxero.  
T. Tamen si pater. C. ah quid? volet, certo scio. 50  
Civis modo haec sit. T. paululum opperier  
Si vis, iam frater ipse hic aderit virginis.  
Nutricem accersitum iit, quae illam aluit parvolam.  
In cognoscendo tu te ipse adaris Chaerea.  
C. Ego vero maneo. T. vis ne interea, dum is venit 55  
Domi opperiamur, potius quam hic ante ostium?  
C. Immo percupio. P. quam tu rem actura obsecro es?  
T. Nam quid ita? P. rogitas? hunc tu in aedeis cogitas  
Recipere posthac? T. cur non? P. meae hoc crede fidei,  
Dabit hic pugnam aliquam denuo. T. au, tace obsecro. 60  
P. Parum perspexisse eiu' videre audaciam.  
C. Non faciam Pythia. P. non pol credo Chaerea,  
Nisi si commissum non erit. C. quin Pythia  
Tu me servato. P. neque pol servandum tibi  
Quidquam dare ausim, neque te servare. apage te. 65  
T. Optime adest ipse frater. C. perii hercle, obsecro  
Abeamus intro Thais. nolo me in via  
Cum hac veste videat. TH. quamobrem tandem? an quia pudet?  
C. Id ipsum. P. id ipsum? virgo vero? T. I prae, sequor. Tu

Tu istuc mane, ut Chremem introducas, Pythia.  
 Py. Quid, quid venire in mentem nunc possit mihi?  
 Quidnam? qui referam illi sacrilego gratiam,  
 Qui hunc supposuit nobis?

70

ACT. V. SCENA III.

CHREMES. SOPHRONA. PYTHIAS.

C. MOVE vero ocyus

Te nutrix. S. moveo. C. video, sed nil promoves.

P. Iamne ostendisti signa nutrici? C. omnia.

P. Amabo quid ait? cognoscit ne? C. ac memoriter.

P. Bene aedepol narras. nam illi faveo virgini.

Ite intro. iam dudum hera nos exspectat domi.

Virum bonum eccum Parmehonem incedere.

Video. vide ut otiosus sit. si dis placet,

Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo.

Ibo intro de cognitione ut certum sciam.

Post exibo, atque hunc perterrebo sacrilegum.

Finis superioris Senarii.  
 (Video.) Parasceve quartae Scenae.

5

10

(Meo excruciem modo.) CICERO meo arbitrato dicit. Sic enim ad Q. Fratrem, Vatinium nostro arbitrato concidimus.

(Post exibo.) Parasceve quintae Scenae, ne quis eam in fine desideret.

ACT. V. SCENA IV.

PARMENO. PYTHIAS.

Senarii.

PROVISO quidnam Chaerea hic rerum gerat.

Quod si astu rem tractavit, Di vestram fidem

Quantam, & quam veram laudem capiet Parmeno.

Nam ut omitam, quod ei amorem difficillimum, &

Carissimum ab meretrice avara, virginem

Quam amabat, eam confeci sine molestia,

Sine sumptu, sine dispendio ut potiretur. id

Verò est, quod mihi ego puto palmarium,

Me repperisse, quo modo adolescentulus

Meretricum ingenia & mores posset noscere:

Mature ut cum cognorit, perpetuo oderit.

Quae dum foris sunt, nil videtur mundius,

Nec magi' compositum quidquam, nec magis elegans;

Cum amatore suo quae quum coenant, liguriunt;

Harum videre ingluviem, sordes, inopiam,

Quam inhonestae solae sunt domi, atque avidae cibi,

Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent,

Nosse omnia haec, salus est adolescentulis.

(Palmarium.) Palma dignum. Heautont, act. IV. sce. III. Huic equidem consilio palmarium do, hic me magnifice effero.

5

10

15

ACT. V. SCENA V.

PYTHIAS. PARMENO.

Ego pol te pro istis dictis & factis, scelus,

Vliscar: ut ne impune in nos illuseris.

Proh fidem deum, facinus foedum, & infelicem adolescentulum,

O scelestum Parmenonem, qui istum huc adduxit. P.A. quid est?

Py. Miseret me. itaque ut ne viderem, misera huc effugi foras,

Quae futura exempla dicunt in eum indigna. Pa. & Iuppiter

Quae illaec turba est? num nam ego perii? adibo. quid istuc Pythia?

Quid ais? in quem exempla fient? Py. rogitas audacissime?

H h h h h h

Per-

Perdidisti istum, quem adduxti pro eunucho adolescentulum,  
Dum studes dare verba nobis. Pa. quid ita? aut quid factum est?  
cedo. 10

Py. Dicam. virginem istam, Thaidi hodie quae dono data est,  
Scis eam hinc civem esse, & eius fratrem adprime nobilem?

Pa. Nescio. Py. atqui sic inventa est. eam iste vitiavit miser.  
Ille ubi rescivit factum frater violentissimus,

Pa. Quidnam fecit? Py. conligavit primum eum miseris modi'. Pa.  
hem, 15

Conligavit? Py. atque equidem orante ut ne id faceret, Thaide.

Pa. Quid ais? Py. nunc minatur porro sese id quae moechis solet  
Quod ego nunquam vidi fieri, neque velim. Pa. qua audacia

Tantum facinus audet? Py. Quid ita tantum? Pa. an non hoc maxi-  
mum est?

Quis homo pro moechno unquam vidit in domo meretricia 20

Prehendi quemquam? Py. nescio. Pa. at ne hoc nesciatis Pythia,

Dico, edico vobis, nostrum esse illum herilem filium. Py. hem,

Obsecro an is est? Pa. ne quam in illum Thais vim fieri sinat:

Atque adeo autem cur non egomet intro eo? Py. vide Parmeno

Quid agas, ne neque illi profis, & tu pereas. nam hoc putant, 25

Quidquid factum est, ex te esse ortum. PA. quid igitur faciam miser?

Quidve incipiam? ecce autem video rure redeuntem senem.

Dicam huic, an non? dicam hercle, etsi mihi magnum malum

Scio paratum. sed necesse est, huic ut subveniat. Py. sapis.

Ego abeo intro. tu isti ordine narrato omnem rem, ut facta sit. 30

## ACT. V. SCENA VI.

LACHES. *Jenex.* PARMENO.

Ex meo propinquo rure hoc capio commodi,

Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit.

Nam ubi forte satias cepit, commuto locum.

Estne ille noster Parmeno hic ante ostium?

Pa. Quis homo est? hem salvum te advenire here gaudeo. 5

L. Quem praestolare? Pa. perii. lingua haeret metu. L. Hem,

Quid est quod trepidas? fati' ne salve? dic mihi.

Pa. Here primum te arbitrari quod res est, velim.

Quidquid factum huius est, culpa non factum est mea.

L. Quid? Pa. recte sane interrogasti. oportuit 10

Rem praenarrasse me. Emit quendam Phaedria

Eunuchum, quem dono huic daret. L. cui? Pa. Thaidi.

L. Emit? perii hercle. quanti? Pa. viginti minis.

L. Actum est. Pa. tum quandam fidicinam amat hic Chaerea.

L. Hem, quid? amat? an scit iam ille, quid meretrix fiet? 15

An in Astu venit, aliud ex alio malum.

Pa. Here, ne me spectes. me impulsore haec non facit.

L. Omitte de te dicere. ego te furcifer

Si vivo. sed istuc quidquid est, primum expedi.

Pa. Is pro illo Eunuchio ad Thaidem hanc deductus est. 20

L. Pro eunuchon? Pa. sic est. hunc pro moechno postea

Comprehendere intus, & constrinxere. L. occidi.

Pa. Audaciam meretricum specta. L. nunquid est

Aliud mali, damnive, quod non dixeris,

Reliquom? Pa. tantum est. L. huc intro cesso irrumpere? 25

Pa. Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum,

Nisi, quia necesse fuit hoc facere, id gaudeo,

Propter me iisce aliquid esse eventurum mali.

Nam iam diu aliquam causam quaerebat senex,

Quamobrem insigne aliquid faceret iis: nunc repperit. 30

ACT.

*Viginti minis.) Pro Eunuchio & ancillula ex Aethiopia viginti minas dedisse se narrat Thaidi Phaedria act. 1. sce. 11. Augere itaque hoc loco Parmeno videtur quod minuere potius debuit, ne patrem in herum concitaret. Quod certe non video quod aliter nisi Parmenonis perturbatione excusetur, si modo eam excusationem recipimus. Tantum est.) Nihil praeter id quod dixi. CICERO ad Atticum. Quid ad me inquires? tantum, quod ea emptione & nos bene emisse iudicati sumus, & homines, & c.*

ACT. V. SCENA VII.

PYTHIAS. PARMENO.

NVNQVAM aedepol quidquam iam diu quod magi vellem evenire, *Octon. Lamb. cat.*  
 Mi evenit, quam quod modo senex intro ad nos venit errans:

Mihi solae ridiculo fuit, quae quid timeret scibam.

Pa. Quid hoc autem est? Py. nunc id prodeo, conveniam ut Parmenonem.

Sed ubi obsecro est? Pa. men' quaerit haec? Py. atque eccum video. adibo.

Pa. Quid est inepta? quid tibi vis? quid rides? pergin'? Py Perii, <sup>5</sup>  
 Defessa iam sum misera te ridendo. Pa. quid ita? Py. rogitas?

Nunquam pol hominem stultiorem vidi, nec videbo. ah

Non possum sati' narrare, quos ludos praebueris intus.

At etiam primo callidum & disertum credidi hominem.

Pa. Quid? Py illico ne credere ea quae dixi, oportuit te? <sup>10</sup>

An poenitebat flagitii, te autore quod fecisset

Adolescens, nisi miserum insuper etiam patri indicares?

Quidnam illi credis animi tum fuisse, ubi vestem vidit

Illam esse eum indutum pater? ecquid iam scis te periisse? <sup>15</sup>

Pa. Hem, quid dixisti pessuma? an mentita es? etiam rides

Ita lepidum tibi visum est, scelu' nos irridere? Py. nimium.

P. Siquidem istuc impune habueris. Py. verum. Pa. reddam hercle.

Py. credo.

Sed in diem istuc Parmeno est fortasse, quod minitare.

Tu iam pendebis, qui stultum adolescentulum nobilitas <sup>20</sup>

Flagitiis, & eundem indicas. uterque in te exempla edent.

PA. Nullus sum. PY. hic pro illo munere tibi honos est habitus. \* *Tribra. pro Trocha*

Pa. Egomet meo indicio miser, quasi forex hodie perii.

*Scenae huic septimae deest ad octavam parasceve: in qua simul doceat Parmeno cur in profcenio tacite maneat: abruptum enim octavae scenae principium actus magis esse quam scenae videtur. Verum cum in profcenio usque ad nonam scenam relinquatur ex vii. Parmenonis persona octava esse actus initium non potest. Relinqui tamen ut otiosa videatur: non videtur esse artis.*

ACT. V. SCENA VIII.

GNATHO. THRASO.

QVID nunc? qua spe, aut quo consilio huc imus? quid incoeptas

Thraso?

T. Ego ne? ut Thaidi me dedam, & faciam quod iubeat. G. quid est?

T. Qui minus huic, quam Hercules servivit Omphale? G. exem- <sup>15</sup>

plum placet.

Vtinam tibi committigari videam sandalio caput.

Sed quid fores crepuere ab ea? periit. T. quid hoc autem est <sup>5</sup>

mali?

Hunc ego nunquam ante videram: & iam quidnam hinc properans <sup>20</sup>

profilit?

ACT. V. SCENA IX.

CHAEREA. PARMENO. GNATHO. THRASO.

O populares equis me vivit hodie fortunatior?

Nemo hercle quisquam. nam in me plane Di potestatem suam

Omnem ostendere, cui tam subito tot congruerint commoda.

H h h h h h 2

Pa.

*Parmeno.)* Dicendum est ut paulo ante monuimus, restitisse in proscenio Parmenonem a scena vii, non nunc exire.

Pa. Quid hic laetu' est? C. ô Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium

Inventor, inceptor, perfector: scin' me in quibu' sim gaudiis? 5  
Scin' Pamphilam meam inventam civem? Pa. audivi. C. scin' spon-  
sam mihi?

Pa. Bene, me Di ita ament, factum. G. audin' tu illum, quid ait?  
C. tum autem Phaedriae

Meo fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo. una est domus.  
Thais patri se commendavit in clientelam, & fidem.

Nobis dedit se. P. fratris igitur Thais tota est? C. scilicet 10

Pa. Iam hoc aliud est, quod gaudeam'. miles pellitur foras

C. Tum tu, frater ubi ubi est, fac quam primum haec audiat. Pa.  
visam domum.

T. Nunquid Gnatho dubitas, quin ego perpetuo perierim? G. sine  
Dubio opinor. C. quid commemorem primum? aut quem laudem  
maxume?

Illum, qui mihi dedit consilium ut facerem, an me qui ausus siem. 15

Incipere? an fortunam conlaudem, quae gubernatrix fuit:

Quae tot res, tantas, tam opportune in unum conclusit diem.

An mei patris festivitatem & facilitatem? ô Iuppiter

Serva obsecro haec nobis bona.

## ACT. V. SCENA X.

### PHAEDRIA. CHAEREA. THRASO. GNATHO.

*Finis superioris versu.*

*Tibra. pro Troch.*

DI vestram fidem, incredibilia  
Parmeno modo quae narravit. sed ubi est frater? CH. praesto adest.

PH. Gaudeo. C. satis credo, nihil est hac Thaide tua dignius

Quod ametur: ita nostrae est omni fautrix familiae. PH. hui, mihi  
Illam laudas? T. perii, quanto minu' spei est tanto \* magis amo. 5

T. Obsecro Gnatho in te spes est. G. quid vis faciam? T. perfice  
hoc

Precibus, pretio, ut haeream in aliqua parte tamen apud Thaidem.  
G. Difficile est. T. si quod conlibuit, novi te. hoc si effeceris,

Quod vis donum, & praemium a me optato: id optatum feres.

G. Itane? T. sic erit. G. hoc si efficio, postulo mihi tua ut domus 10  
Te praesente absente pateat. invocato ut sit locus

Semper. T. do fidem ita futurum. G. accingat. PH. quem hic ego  
audio?

O Thraso. T. salvete. PH. tu fortasse quae facta hic sient

Nescis. T. scio. P. cur ergo in iis ego te regionibu' conspicio?

T. Vobis fretus. PH. scis quam fretus? miles, edico tibi 15

Si in platea hac te offendero post unquam, nil quod dicas mihi,

Alium quaerebam, iter hac habui: periisti. G. eia, haud sic decet.  
P. Dictum est. G. non nosco genus vestrum tam superbum. P. sic  
erit.

G. Prius audite paucis. quod cum dixero, si \* placuerit

Facitote. Ph. audiamus. G. tu concede paulum istuc Thraso. 20

Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim,

Me huius quidquid facio, id facere maxime causa mea.

Verum idem si vobis prodest, non facere incitiam est.

P. Quid id est? G. militem rivalem ego recipiendum censeo. P. hem,  
Recipiendum? G. cogita modo, tu hercle cum illa Phaedria 25

Et libenter vivis, & enim bene libenter victitas.

Et quod des, paulum, & necesse est multum accipere Thaidem,

Vt tuo amori suppeditare possit, sine sumptu tuo. ad

Omnia haec, magis opportunus, nec magis ex usu tuo

Nemo est, principio, & habet quod det, & dat nemo largius; 30

Fatuus est, insulsus, tardus. stertit noctesque, & dies.  
 Neque tu istum metuas, ne amet mulier: pellas facile \* ubi velis. *Tibra. pro Troch.*  
 PH. Quid agimus? G. praeterea hoc etiam, quod ego vel primum  
 puto,

Accipit hominem nemo prorsus melius, neque prolixius.  
 PH. Mirum, ni illoc homine quoquo pacto, opus est. C. idem  
 arbitror. 35

G. Recte facitis. unum etiam hoc vos oro, ut me in vestrum gregem  
 Recipiatis. sati' diu hoc iam saxum volvo. PH. \* recipimus. *Tibra. pro Troch.*

C. Ac libenter. G. at ego pro istoc, Phaedria, & tu Chaerea,  
 Hunc comedendum vobis & bibendum propino. C. placet.

PH. Dignus est. G. Thraso, ubi vis, accede. T. obsecro te quid  
 agimus? 40

G. Quid? te isti ignorabant. postquam eis mores ostendi tuos,  
 Et conlaudavi secundum facta & virtutes tuas,  
 Impetravi. T. bene fecisti. gratiam habeo maximam.

Nunquam etiam fui usquam, quin me omnes amarent plurimum.

G. Dixin ego vobis in hoc esse Atticam eloquentiam? 45

PH. Nil praetermissum. G. ite hac omnes. Vos valete & plaudite.

CALLIOPIVS RECENSVI.

*Edico.) Impero, TERENTIUS in Heaut. sce. iv. act. iii. Primum hoc te oro, ne cre-  
 das me adversum edictum tuum Facere ausam. VIRGILIUS Sociis tunc arma capessant,  
 Edico. TERENT. in Andria, Edixin tibi? Interminatus sum, ne faceres? quid retulit?  
 CICERO post reditum ad Quirites, Edidis atque imperiis cives Romanos exterminare.*

*Nil praetermissum.) Serviens orationi Gnaethonis Phaedria nihil praetermissum ab eo  
 respondet, quod ad laudem militis pertineret: ne de eloquentia quidem tacuisse, qui mili-  
 tem insulsam esse dixisset.*

GOVEANVS RECENSVI.



T E R E N T I I  
H E A V T O N T I M O R V M E N O S

A B

A N T O N I O G O V E A N O  
D E N V O C A S T I G A T A , L O C I S D I F F I C I L I O R I B V S  
E X P L I C A T A , A C T I B V S , S C E N I S , V E R S I -  
B V S Q V E D I S T I N C T A .

---

C. S V L P I C I I A P O L L I N A R I S

I N

H E A V T O N T I M O R V M E N O N .

P E R I O C H A .

**I**N militiam proficisci gnatum Cliniam  
Amantem Antiphilam compulit durus pater.  
Animique sese angebat, facti poenitens.

*Mox ut reversus est, clam patre divortitur*

*Ad Clitiphonem (is amabat scortum Bacchidem)*

*Cum accerseret cupitam Antiphilam Clinia,*

*Vt eius Bacchis venit amica, ac servolae*

*Habitu gerens Antiphila, factum id, quo patrem*

*Suum celaret Clitipho. hic technis Syri,*

*Decem minas meretriculae aufert a sene.*

*Antiphila Clitiphonis reperitur soror.*

*Hanc Clinia, aliam Clitipho uxorem accipit.*

# IO. CALPHURNII BRIXIENSIS

VIRI CLARISSIMI

IN  
P. SEXTI TERENTII

HEAVTONTIMORVM MENON

ARGVMENTVM.

**H**aec fabula, MENANDRI Graeca: quae facta a TERENTIO Latina, nomen idem observavit, ne Graeci nominis euphoniā perderet, quod TERENTIUS minus laudis existimaret propria scribere, quam Graeca transferre. Nomen habet a sene seipsum excruciante ob filii absentiam: quem amantem, duritia sua in militiam proficisci compulerat. *ἑαυτὸν τιμωρούμενος*, Latine seipsum excrucians interpretatur. Illud animadvertendum, omnes Terentianas fabulas, ex utroque genere mistas, praeter hanc. Nam comoediae aut motoriae sunt, aut statariae, aut mistae. Motoriae, turbulentae: Statariae, quietiores: Mistae, ex utroque actu consistentes. In hac, quae plurimum delectat actu & stilo, primae partes sunt Menedemi & Chremetis: secundae, Cliniae & Clitiphonis: tertiae, Syri: & sic deinceps. Haec etiam, ut caeterae, quinque actus, habet, Prologum concitatum. Nam & se purgat: & in laedendis adversariis est occupatus. Argumentum quoque non simplicis negotii habet, nec unius adolescentis, ut in Hecyra: sed duorum, ut in fabulis.

---

## HEAVTONTIMORVM MENOS TERENTII

FABVLAE INTERLOCVTORES.

CHREMES *senex.*

DROMO *seruus.*

CLITIPHO *adolescens.*

SOSTRATA *matrona.*

SYRVS *seruus.*

BACCHIS *meretrix.*

MENEDEMVS *senex.*

PHRYGIA *ancilla.*

NVTRIX.

CLINIA *adolescens.*

ANTIPHILA *meretrix.*



P. T E R E N T I I A F R I

H E A V T O N T I M O R V M E N O S .

G R A E C A E S T M E N A N D R O V .

A C T A L V D I S M E G A L E N S I B V S

L. CORNELIO LENTULO, L. VALERIO FLACCO AEDILI-  
BUS CURVLIBVS. EGIT L. AMBIVIVS TURPIO. MODOS  
FECIT CL. FLACCVS CL. F. TIBIIS PARIBVS. ACTA  
DEINDE DVABVS DEXTRIS. ACTA ETIAM TERTIO.  
EDITA T. SEMPRONIO GRACCHO, M. IVVENTIO HEL-  
VA COSS.

P R O L O G V S .

NE CVI sit vestrum mirum, cur parteis seni  
Poëta dederit, quae sunt adolescentium,  
Id primum dicam: deinde quod veni, eloquar.  
Ex integra Graeca, integram comœdiam  
Hodie sum acturus, Heautontimorumenon:  
Duplex quae ex argumento facta est simplici.  
Novam esse ostendi, & quae esset. nunc qui scripserit,  
Et cuius Graeca sit, ni partem maximam  
Existimarem scire vestrum, id dicerem.  
Nunc quamobrem has parteis didicerim, paucis dabo.  
Oratorem esse voluit me, non Prologum:  
Vestrum iudicium fecit; me actorem dedit.  
Sed hic actor tantum poterit a facundia,  
Quantum ille potuit cogitare commode,  
Qui orationem hanc scripsit, quam dicturu' sum.  
Nam quod rumores distulerunt malevoli,  
Multas contaminasse Graecas, dum facit  
Paucas Latinas: factum hic esse id non negat,  
Neque se id pigere, & deinde facturum autumat.  
Habet bonorum exemplum; quo exemplo sibi  
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.  
Tum quod malevolus vetu' poëta dicitat,  
Repente ad studium, hunc se applicasse musicum,  
Amicũ ingenio fretum, haud natura sua.  
Arbitrium vestrum, vestra existimatio  
Valebit. quamobrem omnes vos oratos volo,  
Ne plus iniquũ possit, quam aequũ oratio,  
Facite aequi sitis; date crescendi copiam,  
Novarum qui spectandi faciunt copiam  
Sine vitis: ne ille pro se dictum existimet,  
Qui nuper fecit seruo currenti in via  
Deesse populum; cur insano seruiat?  
De illiu' peccatis plura dicet, cum dabit  
Alias novas, nisi finem maledictis facit.  
Adeste aequo animo; date potestatem, mihi  
Statariam agere ut liceat per silentium:  
Ne semper servos currens, iratus senex,  
Edax parasitus, sycophanta autem impudens,

*Novam.)* Quomodo novam, si ex integra graeca integra latina facta est? Sciendum itaque novas eas dici fabulas, quae a nullo sint Latinorum Latinae factae, neque populo exhibitae prius. Idem in Prologo Adelpborum, Synapotbnescontes Dipbili comœdia est. Eam commorientes Plautus fecit fabulam. In Graeca adolescens est, qui Lenoni eripat Meretricem, in prima fabula eum PLAVTVS locum Reliquit integrum, eum hic locum sumpsit sibi, Et in Adelpbos verbum de verbo expressum extulit. Eam nos acturi sumus novam.

*Crescendi copiam.)* Crescere est honore, opibus, gratiaque omni augeri. CICERO libro in Verrem ultimo, Denique si videor hic id, quod ego non quaesivi, de uno isto voluisse crescere, isto absoluto, quod sine multorum scelere fieri non potest, de multis mihi crescere licebit.  
*Statariam agere.)* CICERO in Bruto,

Avarus leno, assidue agendi sint mihi,  
 Clamore summo, cum labore maximo:  
 Mea causa causam hanc iustam esse animum inducite:  
 Ut aliqua pars laboris minuatur mihi.  
 Nam nunc novas qui scribunt, nil parcunt seni.  
 Ad me, si qua est laboriosa, curritur:  
 Sin levis est, ad alium mox deferitur gregem.  
 In hac est pura oratio: experimini,  
 In utranque partem ingenium quid possit meum.  
 Si nunquam avare pretium statui arti meae;  
 Et eum esse quaestum in animum induxi maximum,  
 Quam maxime servire vestris commodis,  
 Exemplum statuite in me, ut adolescentuli  
 Vobis placere studeant potius quam sibi.

40 *Volo enim ut in scena,  
 sic etiam in foro non  
 eos modo laudari,  
 qui celeri motu &  
 difficili utuntur, sed  
 eos etiam, quos statera-  
 rios appellant, quo-  
 rum sit illa simplex  
 in agendo veritas non  
 molesta.*

50 *Si nunquam.) Ver-  
 sus ii tres repetuntur  
 in Prologo Phormio-  
 nis.*

*Id primum dicam, deinde quod veni eloquar.)* Locum hunc, quo in hoc autore obscu-  
 rior nullus, notare malui, quam emendare: ut in re tam difficili, atque perplexa, suum  
 cuique iudicium relinqueretur. Primum non eo ordine, quo res proposita est, narratur:  
 neque enim haec quae sequuntur,

*Ex integra Graeca integram Comoediam:*

*Hodie sum acturus Heautontimorumenon:*

*Duplex quae ex argumento facta est simplici.)* Haec inquam non demonstrant, cur par-  
 tes seni poeta dederit, quae erant adolescentium: quod tamen dicturum se primum, pol-  
 licetur. Iam ubi post paulo, *Oratorem esse se, non Prologum:* non docet, cur venerit:  
 venerat enim Histrio non ut Prologum recitaret, sed ut ageret Fabulam: id tamen fuerat  
 quod secundo loco erat dicturus. Deinde quis ille senex, cui adolescentium erant datae  
 partes? tum quae illae ipsae adolescentium partes? Ego ut quod sentio paucis dicam, ver-  
 borum ordinem perturbatum tantas loco tenebras puto attulisse: quod si ita legamus, *Id  
 deinde dicam, primum quod veni eloquar,* erunt omnia clariora. Nam cum prologi ab  
 adolescentibus solerent recitari, essetque L. Ambivius senex, qui Prologum recitaret, sic  
 enim de se in Prologi fine, *Nam nunc novas qui scribunt nil parcunt seni: ad me si qua  
 est laboriosa, curritur:* cur adolescentium partes seni essent demandatae, mirari populus  
 iure potuisset: cuius facti causam dicturum se pollicetur, ubi quare venerat explicasset.  
 Veni, inquit, ut ex integra Graeca integram comoediam agam, quae ex simplici argumento  
 duplex facta est. Dicerem & causa esset Graeca, & Latinam quis fecit, nisi partem vestrum  
 maximam scire arbitrarer. Habetis cur venerim, dicam iam nunc cur partes has Prologi,  
 quae erant adolescentium, senex didicerim. Non Prologum voluit me esse Poeta, hoc est  
 fabulae argumentum narrare, sed Oratorem fecit, qui pro se apud vos causam dicerem  
 adversus eos rumores, quos de se malevoli distulerunt, Contaminasse scilicet Graecas mul-  
 tas, dum facit paucas Latinas; est quod in *Hecyrae* Prologo idem Ambivius eadem de causa  
 dicit, *Orator ad vos venio ornatu Prologi.*

*Ne ille pro se dictum.)* Ideo inquit sine vitio dico, ne ille qui vitiosam nuper dedit Co-  
 moediam, putet me a vobis petere ut omnibus potestatem detis crescendi, quicunque no-  
 vas dant, & qualescunque dant comoedias.

*Sin levis est.)* Non laboriosa, non Motoria. Sic enim lego non *Lenis*. *Phormionis*  
*Prologi* locus hunc declarat, iudiciumque nostrum firmat. Is sic habet, *Qui ita dicitur  
 quas antea fecit fabulas tenui esse oratione & scriptura levi, Quia nusquam scripsit insa-  
 num adolescentulum cervam videre fugere, & sedari canes, Et eam plorare, orare ut  
 subveniat sibi.* Quae certe omnia motoriae sunt comoediae. Quare & mox illud, quod il-  
 lict versus ratio.

ACT. I. SCENA I.

CHREMES. MENEDERMVS *senex.*

*Senarii.*

QV ANQV AM haec inter nos nupera notitia admodum est,  
 Inde adeo, quod agrum in proximo hic mercatus es,  
 Nec rei fere sane amplius quidquam fuit:  
 Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas  
 (Quod ego in propinqua parte amicitiae puto)  
 Facit, ut te audacter moneam, & familiariter:  
 Quod mihi videre praeter aetatem tuam  
 Facere, & praeterquam res te adhortatur tua.  
 Nam pro deum atque hominum fidem, quid vis tibi? aut  
 Quid quaeris? annos sexaginta natus es,

5

10

Aut

K k k k k k k

Aut plus eo, ut conilio: agrum in iis regionibus  
 Meliorem, neque pretii maioris, nemo habet.  
 Servos complureis: proinde quasi nemo fiet,  
 Ita tute illorum officia attente fungere.  
 Nunquam tam mane domo egredior, neque vesperi 15  
 Domum revertor, quin te in fundo conspicer,  
 Fodere, aut arare, aut aliquid ferre: denique  
 Nullum remittis tempus: neque te respicis.  
 Haec non volupe esse satis certo scio. At enim  
 Dices, Me quantum hic operis fiat, poenitet. 20  
 Quod operae in faciundo opere consumis tuae,  
 Si infumas illis exercendis, plus agas.  
 M. Chreme tantum ne est ab re tua otii tibi,  
 Aliena ut cures, eaque, nihil quae ad te attinent?  
 C. Homo sum: humani a me nil alienum puto: 25  
 Vel me mōnere hoc, vel percontari puta.  
 Rectum est ego ut faciam, non ut deterream.  
 M. Mihi sic est usus: tibi ut opus est facto, face.  
 C. An cuiquam est usus homini, se ut cruciet? M. mihi est.  
 C. Siquid labori est, mollem: sed quid istud est 30  
 Mali? quaeso quid in te tantum meruisti? M. eheu.  
 N. Ne lacruma, atque istuc quicquid est, fac me ut sciam.  
 Ne retice, ne verere: crede inquam mihi,  
 Aut consolando, aut consilio, aut re iuvero.  
 M. Scire hoc vis? C. hac causa equidem, qua dixi tibi. 35  
 M. Diceretur. C. at istos rastros interea tamen  
 Depone, ne labora. M. minime. C. quam rem agis?  
 M. Sine me, vacuum tempus ne quod duim mihi  
 Laboris. C. non sinam inquam. M. ah, non aequum facis.  
 C. Hui, tam graveis hos quaeso? M. sic meritum est meum. 40  
 C. Nunc loquere. M. Filium unicum adolescentulum  
 Habeo. ah, quid dixi habere me? immo habui Chreme.  
 Nunc habeam, necne, incertum est. C. quid ita istuc? M. scies.  
 Est e Corintho hic advena anus paupercula:  
 Eiu' ille filiam amare coepit perdit, 45  
 Prope iam ut pro uxore haberet: haec clam me omnia.  
 Vbi rem rescivi, coepi non humaniter,  
 Neque ut aegrotum animum decuit adolescentuli,  
 Sed vi tractare, via pervolgata patrum:  
 Quotidie accusabam, Hem, tibine diutiu' haec 50  
 Licere speras facere me vivo patre,  
 Amicam ut habeas prope iam in uxoris loco?  
 Erras si id credis, & me ignoras Clinia:  
 Ego te meum esse dici tantisper volo,  
 Dum quod te dignum est facies; sed si id non facis, 55  
 Ego quod me in te sit facere dignum, invenero.  
 Nulla adeo ex re istuc fit, nisi ex nimio otio.  
 Ego istuc aetatis, amori operam non dabam,  
 Sed in Asiam abii hinc propter pauperiem: atque ibi 60  
 Simul rem, & belli gloriam armis repperi.  
 Postremo eo res rediit, adolescentulus  
 Saepe eadem, & graviter audiendo, victus est.  
 Et aetate putavit me, & benivolentia  
 Plus scire & providere, quam seipsum sibi. 65  
 In Asiam ad regem militatum abiit, Chreme.  
 C. Quid ais? M. clam me profectus, mensis treis, abest.  
 C. Ambo accusandi: & si illud inceptum tamen  
 Animi est pudentis signum, & non instrenui.  
 M. Vbi comperi ex his, qui ei fuere conscii,  
 Domum revertor moestus, atque animo fere 70  
 Per-

Chreme.) Hunc ver-  
 sum sic legimus lib.  
 XII. epist. ad Atti-  
 cum, Chremes tan-  
 tum re ab re tua est  
 otii tibi.

Meruisti.) Admisisti.  
 Vide Pbor. act. II.  
 scenam primam.

Perturbato, atque incerto prae aegritudine,  
 Affido: accurrunt servi, foccos detrahunt.  
 Video festinare alios, lectos sternere,  
 Coenam apparare, pro se quisque sedulo  
 Faciebat, quo illam mihi lenirent miseriam. 75  
 Vbi video haec, coepi cogitare, Hem, tot mei  
 Soli' solliciti sunt caussa, ut me unum expleant?  
 Ancillae tot me vestiant? sumptus domi  
 Tantos ego solus faciam? sed gnatum unicum,  
 Quem pariter uti iis decuit, aut etiam amplius, 80  
 Quod illa aetas magi' adhaec utenda idonea est.  
 Eum ego hinc eieci miserum iniustitia mea.  
 Malo quidem me dignum quovis deputem,  
 Si id faciam: nam usque dum ille vitam illam colet  
 Inopem, carens patria ob meas iniurias, 85  
 Interea usque illi de me supplicium dabo,  
 Laborans, quaerens, parcens, illi serviens.  
 Ita facio prorsus: nil relinquo in aedibus,  
 Nec vas, nec vestimentum; conrasi omnia.  
 Ancillas, servos, nisi eos, qui opere rustico 90  
 Faciundo, facile sumptum exerceant suum,  
 Omnes produxi, ac vendidi. inscripsi illico  
 Aedeis mercede; quasi talenta ad quindecim  
 Coegi. agrum hunc mercatus sum: hic me exerceo.  
 Decrevi tantisper me minus iniuriae 95  
 Chreme, meo gnato facere, dum fiam miser:  
 Nec fas esse ulla me voluptate hic frui,  
 Nisi ubi ille huc salvos redierit meus particeps.  
 CH. Ingenio te esse in liberos leni puto, &  
 Illum obsequentem, si quis recte aut commode 100  
 Tractaret. verum neque tu illum sati' noveras,  
 Nec te ille; hoc ubi fit, ibi non vere vivitur.  
 Tu illum nunquam ostendisti, quanti penderes,  
 Nec ille credere tibi ausu' est, quae aequum est patri.  
 Quod si esset factum, haec nunquam evenissent tibi. 105  
 ME. Ita res est, fateor, peccatum a me maximum est,  
 C. Menedeme, at porro recte spero, illum tibi  
 Salvom adfuturum esse hic confido propediem.  
 M. Utinam di ita faxint: C. facient. nunc si commodum est,  
 Dionysia hic sunt: hodie apud me sis volo. 110  
 M. Non possum. C. cur non? quaeso, tandem aliquantulum  
 Tibi parce: idem absens facere te hoc vult filius.  
 M. Non convenit, qui illum ad laborem impulerim,  
 Nunc me ipsum fugere. C. ficine est sententia?  
 M. Sic. C. bene vale. M. & tu. C. lacrimas excussit mihi 115  
 Miseretque me eiu'. sed ut diei tempus est,  
 Monere oportet me hunc vicinum Phanium,  
 Ad coenam ut veniat. ibo ut visam si domi est.  
 Nihil opu' fuit monitore: iam dudum domi  
 Apud me esse aiunt. egomet convivas moror. 120  
 Ibo adeo hinc intro. sed quid crepuerunt fores?  
 Hinc a me quisnam egreditur? huc concessero.

*Volupe.*) Cum legeretur prius *Voluptati*, atque ita suos numeros versus excederet, dictiones illas duas AT ENIM quibus nos versus hunc claudi voluimus, sequenti versui homines addiderant, non sentientes facere se septenarium ex eo qui senarius esse debuerat. Cum ergo prius *Voluptati* legeretur, nos *Volupe* reposuimus, quia & versui ita consulebamus, & TERENTIUM ita videbamus loquutum *Hecyrae act. v. sce. iv.*  
*Homo sum humani. CICERO lib. Offi. primo, Est enim difficilis cura rerum alienarum: quanquam Terentianus ille Chremes humani a se nihil alienum putat.*  
*Laboris.*) Erumnae, cruciatus, miseriae. CICERO de finibus secundo, Dolorem illum mallem levares, quo optimum atque humanissimum virum Cn. Octavium M. F. familiarem meum confici vidi, nec vero semel nec ad breve tempus, sed & saepe plane & diu, nec vero miser esse, quia summum id malum non erat, tantummodo laboriosus videbatur.

## ACT. I. SCENA II.

CLITIPHO *adolescens.* CHREMES.

NIHIL adhuc quod vereare Clinia: haud quaquam etiam cessant.  
Et simul illam cum nuntio tibi hic ego adfuturam  
Hodie scio. proin tu sollicitudinem istam falsam, quae te  
Excruciat, omittas. CH. qui cum loquitur filius? CL. \* pater  
adeft

Quem volui: adibo. Pater opportune advenis. 5  
CH. Quid id est? CL. hunc Menedemum nostine vicinum nostrum?  
CH. probe.

CL. Huic filium scis esse. CH. audivi, in Asia. CL. non est pa-  
ter: apud

Nos est. CH. quid ai? CL. advenientem, e navi egredientem ad-  
duxi illico

Ad coenam: nam mihi cum eo semper iam inde usque a pueritia  
Fuit familiaritas magna. CH. voluptatem magnam nuncias. 10

Quam vellem ampliu' Menedemum invitatum ut nobiscum esset  
hodie,

Vt hanc laetitiam nec opinanti primus ei obiicerem domi.  
Atque etiam nunc tempu' est. CL. cave faxis, non est opus pater.

CH. Quapropter? CL. quia enim incertum est etiam quid se fa-  
ciat: modo venit.

Timet omnia, patris iram, & animum amicae erga se ut sit suae. 15  
Eam misere amat. propter eam haec evenit turba, atque abitio.

Nunc servolum ad eam in urbem misit, & ego nostrum una Syrum.  
CH. Quid ille narrat? quid? se miserum. CH. miserum? quem  
minu' credere est?

Quid relliqui est, quin habeat quae quidem in homine dicuntur  
bona,

Parentis, patriam incolumem, amicos, genu' cognatos, divitias? 20  
Atque haec perinde sunt ut illius animu', qui ea possidet

Qui uti scit, ei bona, illi qui non utitur recte, mala.

CL. Immo ille senex importunu' fuit semper: & nunc nil magis  
Vereor, quam nequid in illum iratus plus satis faxit pater.

CH. Illene? sed reprimam me: nam in metu esse hunc, illi est  
utile. 25

CL. Quid tute tecum? CH. dicam. ut ut erat, mansum tamen  
oportuit.

Fortasse aliquanto iniquior erat, pater eiu' libidinem  
Pateretur. nam quem ferret, si parentem non ferret suum?

Hunc sine erat aequum ex illiu' more, an illum ex huius vivere? &  
Quod illum infimulat durum, id non est: nam parentum iniuriae 30

Vniu' modi sunt ferme paulum qui est homo tolerabilis,  
Scortari crebro nolunt: nolunt crebro convivariet.

Praebent exigue sumptum, & ea sunt tamen ad virtutem omnia.  
Verum ubi animus semel se cupiditate devinxit mala,

Necesse est Clitipho consilia consequi consimilia. hoc 35  
Scitum est, Periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu fiet.

CLI. Ita credo. CH. ego ibo hinc intro, ut videam nobis quid  
coenae fiet.

Tu ut tempus est diei, videsis ne quo hinc abeas longius.  
CLIT. Quam iniqui sunt patres in omneis adolescentis iudices,

Qui aequum esse censent, nos iam a pueris ilico nasci senes, 40  
Neque illarum esse affines rerum, quas fert adolescentia. ex

Sua libidine moderantur, quae est nunc, non quae olim fuit.  
Mibi si unquam filius erit, nae ille facili me utetur patre:

Nam & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati locus.  
Non ut meus, qui mihi per alium ostendit suam sententiam. 45

Perii;

*Tribr. pro Iamb.*  
*Senarius unus ad*  
*distinguendos versus.*  
*Odon. Iamb. Acatal.*

*Et hic ditias legen-*  
*dum videtur.*

Perii, is mihi, ubi adbibit plus paulo, sua quae narrat facinora?  
 Nunc ait: Periculum ex aliis facito, tibi quod ex usu fiet.  
 Astutus: nae ille haud scit, quam mihi nunc surdo narret fabulam.  
 Magi' nunc me amicae dicta stimulant, Da mihi. atque adfer mihi.  
 Cui quid respondeam nil habeo, neque me quisquam est miserior. 50  
 Nam Clinia hic, etsi is suarum rerum satagit, attamen  
 Habet bene ac pudice eductam, ignaram artis meretriciae.  
 Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis:  
 Tum quod dem ei, recte est: nam nihil esse mihi, religio est dicere.  
 Hoc ego mali non pridem inveni, neque etiamdum scit pater. 55

ACT. II. SCENA I.

CLINIA. CLITIPHO.

SI mihi secundae res de amore meo essent, iam dudum scio  
 Venissent; sed vereor, ne me absente mulier corrupta sit.  
 Concurrunt multae opiniones, quae mihi animum exaugeant.  
 Occasio, locus, aetas, mater, sub cuiu' imperio est, mala.  
 Cui nil iam praeter pretium dulce est.

ACT. II. SCENA II.

CLITIPHO. CLINIA.

CLIT. Clinia. CLIN. hei misero mihi.  
 CLIT. At iam cave ne videat forte hinc te a patre aliquis exiens.  
 CLIN. Faciam, sed nescio quid profecto mihi animu' praesagit  
 mali.  
 CLIT. Pergi' istuc priu' diiudicare, quam scis quid veri fiet?  
 CLIN. Si nil mali esset, iam hic adessent. CLIT. iam aderunt.  
 CLIN. quando istuc erit? 5  
 CLIT. Non cogitas hinc longiu' abesse? & nosti mores mulierum:  
 Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. CLIN. ô Clitipho,  
 Timeo. CLIT. respira. eccum Dromonem cum Syro una, adsunt  
 tibi.

ACT. II. SCENA III.

SYRVS. DROMO *servi*. CLINIA. CLITIPHO.

AIN' tu? D. sic est. S. verum interea dum sermones caedimus, *Troch. octon. catal.*  
 Illae sunt relictæ. CLIT. mulier tibi adest, audin' Clinia?  
 CLIN. Ego vero audio. nunc demum & video, & valeo Clitipho.  
 CLIT. Minime mirum, adeo impeditæ sunt, ancillarum gregem  
 Ducunt secum. CLIN. perii: unde illi sunt ancillae? CLIN. men'  
 rogas? 5  
 S. Non oportuit relictas: portant quid rerum. CLIN. hei mihi.  
 S. Aurum, vestem, & vesperascit. & non noverunt viam.  
 Factum a nobis stulte: abi dum tu Dromo illis obviam.  
 Propere; quid stas? CLIN. vae misero mihi, quanta de spe decidi?  
 CLIT. Quid istuc? quae res te sollicitat autem? CLIN. rogitas *Oct. Iamb.*  
 quid fiet? 10  
 Viden' tu ancillas, aurum, vestem, quam cum una hic aucillula  
 Ego reliqui: unde ea esse censes? CLIT. vah? nunc demum in-  
 tellego.  
 S. Dei boni quid turbæ est? aedes nostræ vix capient, scio;  
 Quid comedent? quid bibent? quid porro sene erit nostro miserius?  
 L111111 Sed

Sed eccos, quos volebam video. CLIN. ô Iuppiter ubi nam est fides? 15

Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci Conlocupletasti te Antiphila, & me in iis deseruisti malis.

Propter quam in summa infamia sum, & meo patri minu' sum obsequens.

Cuiu' pudet nunc me, & miseret: qui harum mores cantabat mihi, Monuisse frustra, neque potuisse ab hac unquam me expellere. 20

Quod nunc faciam tamen: cum gratum mi esse potuit, nolui.

Nemo est inferior me. S. hic de nostris verbis errat videlicet, Quae hic sumu' locuti. Clinia aliter tuum amorem, atque est, accipis.

Nam & vita est eadem, & animu' erga te idem, ac fuit, Quantum ex ipsa re coniecturam fecimus. 25

CLIN. Quid est obsecro? nam mihi nunc nil rerum omnium est Quod malim, quam me hoc falso suspicariet.

S. Hoc primum, ut nequid rerum huiu' ignores: anus

Quae est dicta mater esse ei ante hac, non fuit.

Ea obiit mortem; hoc ipsa in itinere alterae 30

Dum narrat, forte audiui. CLIT. quae nam est altera?

S. Mane. hoc quod coepi primum enarrem Clitipho.

Post, istuc veniam. CLIT. propera. S. iam primum omnium

Vbi ventum ad aedeis est, Dromo pultat fores.

Anu' quaedam prodit: haec ubi aperuit ostium, 35

Continuo hic se coniecit intro: ego consequor.

Anu' foribus obdit pessulum: ad lanam redit.

Hic sciri potuit, haud usquam alibi, Clinia,

Quo studio vitam te absente suam exegerit,

Vbi de improviso est interventum mulieri, 40

Nam ea res dedit tum existimandi copiam,

Quotidianae vitae consuetudinem,

Quae cuiu' ingenium ut sit, declarat maxume:

Textentem telam studiose ipsam offendimus,

Mediocriter vestitam veste lugubri, 45

Eiu' anuis causa opinor, quae esset mortua:

Sine auro tum ornatam, ita uti quae ornantur sibi;

Nulla malam re esse expolitam muliebri:

Capillus passus, prolixus, circum caput

Reiectus neglegenter. pax. CLIN. Syre mi, obsecro 50

Ne me in laetitiam frustra conicias. S. anus

Subtegmen nebat: praeterea una ancillula

Erat, ea una texebat pannis obsita,

Neglecta, immunda illuvie. CLIT. si haec sunt Clinia

Vera, ita uti credo, quis te est fortunatior? 55

Scin' tu hanc, quam dicit sordidatam & sordidam?

Magnum hoc quoque signum est dominam esse extra noxiam,

Cum eius tam negleguntur internuntii.

Nam disciplina est eisdem munerarier

Ancillas primum, ad dominas qui affectant viam. 60

CLIN. Perge obsecro te, & cave ne falsam gratiam

Studeas inire: quid ait, ubi me nominas?

S. Vbi dicimus redisse te, & rogare uti

Veniret ad te, mulier telam deserit

Continuo, & lacrymis opplet os totum sibi, ut 65

Facile scires desiderio id fieri tuo.

CLIN. Prae gaudio (ita me Dei ament) ubi sim nescio:

Ita timui. CLIT. at ego esse nihil scibam Clinia.

Agedum vicissim Syre, dic quae illa est altera.

S. Adducimu' tuam Bacchidem. CLIT. hem, quid Bacchidem? 70

Eho scelestè, quo illam adducis? S. quo illam ego? ad nos scilicet.

CLIT.

CLIT. Ad patrem ne? S. ad eum ipsum. CLIT. o hominis impudentem audaciam? S. heus

Tu, non fit sine periculo facinus magnum & memorabile.

CLIT. Hoc vide: in mea vita tu tibi laudem is quaesitum scelus,

Vbi si paululum modo quid te fugerit, ego \* perierim.

75 *Tibra, pro Troch.*

Quid nam illa facias? S. at enim. CLIT. quid enim? S. si fini', dicam. CLIN. sine.

CLIT. Sino. S. ita res est: haec nunc quasi cum. CLIT. quas malum ambages mihi

Narrare occipis? CLIN. Syre, verum hic dicit: mitte, ad rem redi.

S. Enimvero reticere nequeo. Multis modis iniurius

Clitipho est, neque ferri potis est. CLIN. audiendum hercle est, tace.

80

S. Vis amare, vis potiri, vis quod des illi, effici:

Tuum esse in potiundo periculum non vis: haud stulte sapis.

Siquidem id sapere est, velle te id quod non potest contingere. aut

Haec cum illis habenda sunt, aut cum iis illa amittenda sunt.

Harum duarum conditionem nunc utram malis, vide:

85

Etsi consilium quod cepi rectum esse & tutum scio.

Nam tua apud patrem amica tecum sine metu ut sit, copia est.

Tum quod illi argentum es pollicitu', eadem hac inveniam via.

Quod ut efficerem, orando surdas iam aures reddideras mihi.

Quid aliud tibi vis? CLIT. siquidem hoc fit. S. siquidem, experiundo scies.

90

CLIT. Age age, cedo istuc tuum consilium quod id est? S. affulabimus

*Odon, Iamb.*

Tuam amicam huius esse amicam. CLIT. pulchre. cedo quid hic faciet sua?

An ea quoque huius dicetur, si haec una dedecori est parum?

S. Immo ad tuam matrem deducetur. CLIT. quid eo? S. longum est Clitipho,

Tibi si narrem, quamobrem id faciam: vera causa est. CLIT. fabulae,

95

Nihil fati' firmi video, quamobrem accipere hunc mi expediat metum.

S. Mane, habeo aliud, si istuc metuis, quod ambo confiteamini

Sine periculo esse. CLIT. huiusmodi obsecro aliquid reperi. S. maxime.

Ibo obviam, hinc dicam ut revortantur domum. CLIT. hem,

Quid dixti? S. ademptum tibi iam faxo omnem metum,

100

In aurem utramvis, otiose ut dormias.

CLIT. Quid nunc ago? CLIN. tunc, quod boni est?

CLIT. Syre dic modo

Verum. S. age modo: hodie sero, ac nequid quam voles.

CLIN. Datur: fruare dum licet; nam nescias,

105

Eiu' potestas sit posthac, nunquam, tibi.

CLIT. Syre inquam. S. perge porro, tamen istuc ago.

CLIT. Verum hercle istuc est Syre, Syre inquam, heus heus Syre.

S. Concaluit quid? CLIT. redi redi. S. adsum, dic, quid est?

Iam hoc quoque negabis tibi placere. CLIT. immo Syre,

110

Et me, & meum amorem, & famam permitto tibi.

Tu es iudex, nequid accusandus sis vide.

S. Ridiculum est istuc me admonere Clitipho,

Quasi istic mea res minor agatur, quam tua.

Hic si quid nobis forte adversi evenerit,

115

Tibi erunt parata verba: huic homini verbera.

Quapropter neutiquam haec res neglectu est mihi:

Sed istum exora, ut suam esse adsimulet. CLIN. scilicet

Facturum me esse: in eum iam res rediit locum,



Vt sit necesse. CLIT. te merito amo Clinia. 120  
 CLIN. Verum illa ne quid titubet. S. perdocta est probe.  
 CLIT. At hoc demiror, qui tam facile potueris  
 Persuadere illi, quae solet quos spernere.  
 S. In tempore ad eam veni, quod rerum omnium est  
 Primum: nam misere quendam offendi ibi militem, 125  
 Eius noctem orantem: arte hac tractabat virum,  
 Vt illius animum cupidum inopia incenderet:  
 Eademque ut apud te esset ob hoc quam gratissima.  
 Sed heus tu, videsis, nequid imprudens ruas:  
 Patrem novisti ad has res quam sit perspicax: 130  
 Ego te autem novi quam esse soleas inpotens,  
 Inversa verba, everfas cervices tuas,  
 Gemitus, screatus, tussis, risus, abstine.  
 CLIT. Laudabis. S. videsis. CLIT. tu temet mirabere.  
 S. Sed quam cito sunt consecutae mulieres. 135  
 CLIT. Vbi sunt? cur retines? S. iam nunc haec non est tua.  
 CLI. Scio, apud patrem: at nunc interim. S. nihilo magis:  
 CLIT. Sine. S. non finam inquam. CLIT. quaeso paulisper. S.  
 veto.  
 CLIT. Saltem salutare. S. abeas, si sapias. CLIT. eo. quid  
 Isthic? S. manebit. CLIT. ô felicem hominem. S. ambulas. 140

*Cuius.) Pro cuiuscunque, seu cuiusque, ita in hac eadem scena. Quae solet quos spernere, pro Quoscunque. CICERO lib. IV. epistolarum fam. epist. prima ad M. Marcellum, Qui si facile passurus esset te carentem patria & fortunis, quiete & libere vivere, cogitandum tibi tamen esset Romaene & domi tuae, cuiusmodi res esset, an Mytilenis aut Rhodi malle vivere; ubi cuiusmodi pro cuiuscunque modi positum nemo non videt. CICERO ad Atticum epist. libri primi epist. cuius est initium, Quaeris ex me, Sed S. C. duo iam facta sunt odiosa quod in consulem facta putantur Catone & Domitio postulantis: unum, ut apud magistratus inquiri liceret, alterum cuiusmodi divisores haberet, adversus rempublicam esse. Idem earundem epist. lib. XII. Quod velim tibi ignoscas cuiusmodi est. Idem III. de finibus. His tamen omnibus eos antepono, cuiusmodi sunt, qui summum bonum in animo atque in virtute posuerunt.*

*Scilicet.) Scire potes. On entend bien qu'il fault que le face. CICERO ad Gallum, Trapezoboron si te delectat habebis: sin autem sententiam mutasti: ego habebis scilicet.*

*Quos.) Quoscunque.*

*Quam cito.) Valde cito. Sic in Eunuchio. Labascit victus uno verbo quam cito.*

## ACT. II. SCENA IV.

BACCHIS. ANTIPHILA. CLINIA. SYRVS.

Oâ. Iamb.

AEDEPOL Antiphila mea laudo te, & fortunatam iudico,  
 Id cum studuisti, isti formae mores ut consimiles forent:  
 Minimeque (ita me Di ament) miror, si te sibi quisque expetit;  
 Nam mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio oratio tua.  
 Et cum egomet nunc mecum in animo vitam tuam considero, 5  
 Adeoque vestrarum omnium, volgas quae abs sese segregant:  
 Et vos esse istiusmodi, & nos non esse haud mirabile est.  
 Nam vobis expedit esse bonas: nos quibus cum res est, non sinunt:  
 Impulsi quippe forma nostra nos amatores colunt:  
 Haec ubi mutata est, illi suum animum alio conferunt: nisi 10  
 Prospectum interea nobis aliquid est, desertae vivimus.  
 Vobis cum uno simul quibus aetatem agere decretum est viro,  
 Cuius mos maxime est consimilis vostrum, ii se ad vos adplicant:  
 Hoc beneficio ab utrisque utrique vero devincimini:  
 Vti nunquam ulla amoris vestro incidere possit calamitas. 15  
 AN. Nescio alias: me scio quidem semper fecisse sedulo,  
 Vt ex illius commodo, meum compararem commodum. CL. ah.  
 Ergo mea Antiphila tu nunc sola reducem me in patriam facis.  
 Nam dum abs te abssum, omnes mihi labores fuere quos cepi, leves,  
 Praeter-

*Nam vobis expedit.)*  
 Vobis utile est, ut vestra commoda non comparetis cum dispendio amicorum. Cum enim certum sit, ab eis vos non desertum iri, eorum incommoda vestra erunt incommoda; & commoda item, vestra commoda.

*Nescio alias.)* Nescio quid faciant aliae, vide *act. v. sce. IV.*

Praeterquam tui carendum quod erat. S. credo. CLIN. Syre, vix  
subfero 20

Hocine me miserum non licere meo modo ingenio frui?

S. Immo ut patrem tuum vidi esse habitum, etiam diu duras dabit.

BA. Quis nam hic adolescens, qui intuetur nos? AN. ah, retine  
me obsecro.

BA. Amabo, quid tibi est? AN. disperii. BA. Perii misera, quid  
stupes

Antiphila? AN. videon' Cliniam, an non? BA. quem vides? 25

CL. Salve anime mi. A. ô salve, mi Clinia. C. ut vales?

AN. Salvum venisse gaudeo. CL. teneo ne te

Antiphila, maxime exoptata animo meo?

S. Ite intro: nam vos iam dudum expectat senex.

*Meo modo.) Meo ar-  
bitrio. Sic in Pbor.  
sc. penultima. CICERO  
dicere solet meo ar-  
bitratu.*

ACT. III. SCENA I.

CHREMES.

LUCESCIT: hoc iam cesso pultare ostium

Vicini, primum ex me ut sciat sibi filium

Redisse, etsi adolescentem hoc nolle intellego.

Verum cum videam miserum hunc tam excruciarier

Eiu' abitu: coelon' tam insperatum gaudium,

Cum illi nihil pericli ex indicio fiet? 5

Haud faciam: nam quod potero, adiutabo senem:

Ita ut meum filium amico, atque aequali suo

Video inservire, & socium esse in negotiis:

Nos quoque senes est aequum senibus obsequi. 10

*Lucescit.) Dormiri in hac comoedia necesse est: nam quae ante acta sunt, sub vesperum  
acta finguntur. Sic enim Syrus act. 11. sc. III. Non oportuit relictas: portant quid rerum  
& advesperascit, Et Chremes sequenti scena, Relevi dolia omnia, omnes serias, omnes  
habui sollicitos. Atque haec una nox. Syrusque scena abhinc tertia, Equidem te demiror  
Chreme tam mane, qui heri tantum biberis. Quod ego ex arte fieri non puto. Conti-  
nuari nanque rei actum in Comoediis oportet.*

ACT. III. SCENA II.

MENEDEMVS. CHREMES.

AVT ego profecto ingenio egregie ad miseriam

Natus sum: aut illud falsum est quod volgo audio

Dici, Diem adimere aegritudinem hominibus.

Nam mihi quidem quotidie augetur magis

De filio aegritudo: & quanto diutius 5

Abest, tanto cupio magis, & desidero.

C. Ipsum foras egressum video: ibo, adloquar:

Menedeme salve: nuntium adporto tibi,

Cuius te fieri participem cupi' maxime.

M. Nunquid nam de gnato meo audisti Chreme? 10

C. Valet, atque vivit. M. quaeso, ubi nam? C. apud me domi.

M. Meus gnatus? C. sic est. M. vivit? C. certe. M. Clinia

Meus venit? C. dixi. M. eamus, duc me ad eum obsecro.

C. Non volt te scire se redisse: etiam & tuum

Conspectum fugitat ob peccatum: tum hoc timer,

Ne tua duritia illa antiqua, etiam adaucta sit: 15

M. Non tu ei dixisti ut essem? C. non. M. quamobrem Chreme?

C. Quia pessime istuc in te, atque in eum consulis,

Si te tam leni, & victo esse animo ostenderis.

M. Non possum, sati' iam, sati' pater durus fui. C. ah, 20

Vehemens in utranque partem Menedeme es nimis,

M m m m m m

Aut

*Intertrimento.) Intertrimentum ut notat ASCONIVS; est partis utriusque detrimentum ac perniciēs. Hic pro detrimento ac perniciē sumitur.*

*Illos ibi esse.) Id agere. CICERO ad Q. Fratrem epist. III. In quo quia ipsi fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus.*

Aut largitate nimia, aut parsimonia.  
 In eandem fraudem ex hac re, atque ex illa, incidēs.  
 Primum, olim potius commeare filium  
 Quam paterere ad mulierculam, quae paululo 25  
 Tum erat contenta, cuique erant grata omnia,  
 Proterruisti hinc: ea coacta ingratiis  
 Post illa coepit victum vulgo quaerere.  
 Nunc cum sine magno intertrimento non potest  
 Haberi, quidvis dare cupis; nam ut tu scias, 30  
 Quam ea nunc instructa pulchre ad perniciem fiet:  
 Primum, iam ancillas secum adduxit plus decem,  
 Oneratas veste, atque auro: Satrapes si fiet,  
 Subferre amator nunquam eius sumptus queat,  
 Nedum tu possis. M. estne ea intus? C. sit rogas? 35  
 Sensi: nam ei unam coenam, atque eius comitibus  
 Dedi: quod si iterum mihi sit danda, actum fiet.  
 Nam ut alia omittam, pitissando modo mihi  
 Quid uni absumpsit? sic dicens, hoc asperum  
 Pater est, hoc alio lenius, fodes vide. 40  
 Relevi dolia omnia, omnes serias,  
 Omnes habui sollicitos: atque haec una nox:  
 Quid te futurum censes, quem assidue exedent?  
 Ita me di amabunt, ut tuarum miseritum est  
 Menedeme fortunarum. M. Faciat quod libet. 45  
 Sumat, consumat, perdat, decretum est pati:  
 Dum illum modo habeam mecum. C. si certum est tibi  
 Sic facere, illud permagni referre arbitror,  
 Vt nescientem sentiat te id sibi dare.  
 M. Quid faciam? C. quidvis potius, quam quod cogitas, 50  
 Per alium quemvis ut des: falli te sinas  
 Technis per servulum: etsi subsensi id quoque  
 Illos ibi esse, & id inter se agere clanculum.  
 Syru' cum illo vestro confusurrat: conferunt,  
 Consultant adolescentes: & tibi perdere 55  
 Talentum hoc pacto satius est, quam illo minam.  
 Non de pecunia agitur nunc: sed quo modo  
 Minimo periculo id demus adolescentulo.  
 Nam si semel animum tuum intellexerit,  
 Priu' proditurum te tuam vitam, & prius 60  
 Pecuniam omnem, quam abs te amittas filium, hui,  
 Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris?  
 Tibi autem porro ut non sit suave vivere.  
 Nam deteriores omnes sumu' licentia.  
 Quodcunque inciderit in mentem, volet: neque id 65  
 Putabit pravum fiet, an rectum, quod peter.  
 Tu rem perire, & ipsum, non poteris pati.  
 Dare denegarīs: ibit ad illud ilico,  
 Quo maxime apud te se valere sentiet.  
 Abiturum se abs te esse ilico minabitur. 70  
 M. Videre verum, atque ita uti res est, dicere.  
 C. Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,  
 Dum id quaero, tibi qui filium restituerem.  
 M. Cedo dextram. porro idem te oro ut facias Chreme.  
 C. Paratus sum. M. Scin' quid nunc te facere volo? 75  
 C. Dic. M. quod sensisti illos me incipere fallere  
 Id ut maturent facere: cupio illi dare  
 Quod volt: cupio ipsum iam videre. C. operam dabo,  
 Syrus estprehendendus, atque adhortandus mihi.  
 A me nescio quis exit: concede hinc domum, 80  
 Ne nos illi inter nos congruere sentiant.

Paulum hoc negoti mi obstat, Simus, & Crito  
 Vicini nostri hic ambigunt de finibus:  
 Me cepere arbitrum: ibo ac dicam, ut dixeram  
 Operam daturum me hodie, non esse his dare.  
 Continuo hic adero. M. ita quaeso. Di vostram fidem,  
 Ita comparatam esse hominum naturam omnium,  
 Aliena melius ut videant, & iudicent,  
 Quam sua? an eo fit, quia nostra in re, aut gaudio  
 Sumu' praepediti nimio, aut aegritudine?  
 Hic mihi quanto nunc plus sapit, quam egomet mihi?  
 C. Dissolvi me ocys, operam ut darem tibi.

85 *Esse.) Alibi posse,*  
 sed illud malo. TE-  
 RENTIVS in *Adelphis.*  
*Scire est liberum in-*  
*genium atque ani-*  
*um.* CICERO pro  
 90 *Sestio.* Nam quem  
 tum esset deprecari.  
 Sic Graeci *εσι* pro  
*εξεσι* usurpant.

In fine primae huius scenae, neque ad sequentem facta est parasceve, neque quid Me-  
 nedemo fiat intelligimus: quod ego ex arte fieri non puto.

ACT. III. SCENA III.

SYRVS. CHREMES.

HAC illac circuncursa, inveniendum est tamen  
 Argentum: intendenda in senem fallacia.

*Senarii.*

C. Num me fefellit hosce id struere? videlicet

Est Cliniae ille servus tardiusculus:

Iccirco huic nostro tradita est provincia.

5

S. Quis hic loquitur? perii, num nam audivit? C. Syre. S. hem?

C. Quid tu istic? S. recte, equidem te demiror Chreme

Tam mane, qui here tantum biberis. C. nihil nimis.

S. Nil narras? visa vero est, quod dici solet,

Aquilae senectus. C. eia. S. est mulier commoda, &

10

Faceta haec meretrix. C. sane idem visa est mihi.

S. Et forma hercle quidem luculenta. C. sic satis.

S. Non ita quidem ut olim, sed uti nunc, sane bona:

Minimeque miror, Clinia hanc si deperit.

Sed habet patrem quendam avidum, miserum atque aridum.

15

Vicinum hunc nostin'? at quasi is non divitiis

Abundet, gnatu' eius profugit inopia.

Scin' esse factum, ut dico? C. quid ego nesciam?

Hominem pistrino dignum. S. quem? C. istum servulum

Dico adolescentis. S. Syre tibi timui male.

20

C. Qui passus est id fieri. S. quid faceret? C. rogas?

Aliquid reperiret, fingeret fallacias,

Vnde esset adolescenti amicae quod daret.

Atque hunc difficilem invitum servaret senem.

S. Garris. C. haec facta ab illo oportebant Syre.

25

S. Eho quaeso, laudas qui heros fallunt? C. loco,

Ego vero laudo. S. recte sane. C. quippe quod

Magnarum saepe remedium id aegritudinum est.

Iam huic mansisset unicus gnatus domi.

S. Ioco ne, an serio illaec dicat, nescio.

30

Nisi mi quidem addit animum, quo libeat magis.

C. At nunc quid exspectat Syre? an dum hic denuo

Abeat, cum tolerare huius sumptus non queat?

Nonne ad senem aliquam fabricam fingit? S. stolidus est.

C. At te adiutare oportet adolescentuli

35

Causa. S. equidem facere facile possum, si iubes.

Etenim quo pacto id fieri soleat calleo.

C. Tanto hercle melior. S. non est mentiri meum.

C. Fac ergo. S. at heus tu facito dum eadem haec memineras,

Si usus quid simile forte aliquando venerit,

40

Vt sunt humana, tuus ut faciat filius.

M m m m m m m 2

C. Non

Et hic *ditiis* legen-  
 dum videtur.

*Nisi pro sed.*

C. Non usus veniet spero. S. spero hercle ego quoque.  
 Neque eo nunc dico quod quidquam illum fenserim.  
 Sed siquid, ne quid. quae eius aetas sit, vides.  
 Et ne ego te (si usus veniat) magnifice Chreme,  
 Tractare possim. C. de istoc, cum usus venerit,  
 Videbimus quid opus sit: nunc istuc age.  
 S. Nunquam commodius unquam herum audiui loqui,  
 Ne cum malefacerem, mi impunius crederem  
 Licere. quisnam a nobis egreditur foras?

Ne pro non.

Videbimus.) Haec  
 abiens loquitur Chre-  
 mes.

45

50

## ACT. III. SCENA IV.

CHREMES. CLITIPHO. SYRVS.

QVID istuc quaeso? qui istic mos est Clitipho? itane fieri oportet?

CL. Quid ego feci? C. vidin' te ego modo manum in sinum mere-  
 trici huic

Inferere? S. res haec acta est, perii. CL. mene? C. iisce oculis:  
 ne nega.

Facis adeo indigne iniuriam illi, qui non abstineas manum.  
 Nam contumelia istuc est quidem, hominem amicum recipere 5

Ad te, atque eius amicam subagitare. Vel here in convivio  
 Fuiisti quam immodestus. S. actum. C. quam molestus. ita Dei

Me ament ut metui equidem, quid denique futurum esset: novi ego  
 Animos amantium: graviter advertunt quae non censeas.

CL. At mihi fides apud hunc est nil me istius facturum pater. 10

C. Esto: at certe concedas ab eorum ore aliquantisper aliquo,  
 Libido multa fert: ea facere tua prohibet praesentia.

De me ego coniecturam facio: amicum nemo est hodie meum  
 Apud quem expromere omnia mea occulta Clitipho audeam.

Apud illum prohibet dignitas, apud illum ipsius facti pudet, 15  
 Ne ineptus, ne protervos videar: quod facere illum credito.

Sed nostrum est intellegere, utcunque, atque ubicunque opus sit,  
 obsequi.

S. Quid istic narrat? CL. perii. S. o Clitipho, haec ego praeci-  
 pio tibi:

Hominis sum frugi & temperantis functus officium. CL. tace  
 Sodes. S. recte sane. CL. Syre pudet me. S. credo, nec iniuria. 20

Quin id mihi molestum est. CL. pergin' hercle? S. dico quod  
 videtur.

CL. Non ne accedam ad illos? C. eho quaeso, una accedendi  
 via est.

S. Actum est: hic se indicarit prius, quam ego argentum aufero.  
 Chreme,

Vis ne tu homini stulto mihi auscultare? C. quid faciam? S. iube  
 hunc

Abire aliquo hinc. CL. quo ego hinc abeam? S. quo lubet: illis  
 locum da, abi 25

Deambulatum. CL. Deambulatum? quo? S. vah, quasi desit  
 locus.

Abi istac sane, istorsum, quo vis. C. recte dicit, censeo.  
 CL. Di te eradicent Syre, qui me istinc extrudi. S. at tu pol tibi

Posthac comprimito istas manus.  
 Censen' vero? quid illum porro credis facturum Chreme, 30

Nisi eum, quantum Di dant opis tibi servas, castigas, mones?  
 C. Ego istuc curabo. S. atqui nunc here hic tibi asservandus est.

C. Fiet. S. si sapias: nam mihi iam minus, minusque obtemperat.  
 C. Eho quid tu? ecquid de illo, quod dudum tecum egi, egissi

Syre? aut  
 Reperisti tibi quod placeat, an nondum etiam? S. de fallacia? 35  
 In-

Oct. Iamb. Vlt. syl.  
 initium est versus se-  
 quentis.

Syl. ulti. initium se-  
 quentis versus.

Dimeter.

Inventa est: inveni nuper quandam. C. frugi es, cedo quid id est?  
S. Dicam, verum ut aliud ex alio incidit. C. quidnam Syre? Sy.  
peffima haec

Est meretrix. C. ita videtur. S. immo si scias.

Vah, video quod inceptet facinus. Fuit quaedam anu' Corinthia  
Hic, huic drachmarum haec argenti mille dederat mutuam. 40

C. Quid tum? S. ea mortua est; reliquit filiam adolescentulam:

Ea relicta huic arraboni est pro illo argento. C. intellego.

S. Hanc secum huc adduxit, ea quae est nunc ad uxorem tuam:

C. Quid tum? S. Clinia orat sibi uti nunc det illam: illi tamen

Post daturum mille nummum, poscit. C. & poscit quidem? S. hui, 45

Dubium id est? C. ego sic putavi: quid nunc facere cogitas?

S. Ego ne? ad Menedemum ibo: dicam hanc esse captam e Caria,  
Ditem, & nobilem: si redimat, magnum inesse in ea lucrum.

C. Erras Syre. S. quid ita? C. pro Menedemo nunc ego respondeo

Tibi, non emo: quid agis? S. optata loquere. C. atqui non est  
opus. 50

S. Non est opu'? C. non hercle vero. S. qui istuc, miror. C. iam  
scies:

Mane mane, quid est, quod tam a nobis crepuere graviter fores?

ACT. III. SCENA V.

SOSTRATA. CHREMES. NVTRIX. SYRVS.

NISI me animu' fallit, hic profecto est annulus, quem ego suspicor: *Oct. Iamb.*

Is, quicum exposita est gnata. C. quid volt sibi Syre haec oratio?

SO. Quid est? is ne tibi videtur? NV. dixi equidem ubi ostendisti,  
illico,

Eum esse. SO. at ut fati' contemplata modo sis, mea nutrix. NV.  
fatis.

SO. Abi nunc iam intro: atque illa si iam laverit, mihi nuntia: 5

Hic ego virum interea opperibor. SY. te volt, videas quid velit:

Nescio quid tristis est. non temere est. metuo quid sit. C. quid fiet?

Ne ista hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit.

SO. Hem mi vir. C. hem mea uxor. SO. Te ipsum quaero. C.  
loquere quid velis.

SO. Primum hoc te oro, nequid credas me adversum edictum  
tuum 10

Facere ausam. C. vin tibi me istuc (ersi incredibile est) credere? *Troch. cat.*

Credo. SY. nescio quid peccati portet haec purgatio.

SO. Meministi esse gravidam me, & magnopere interminatam te *Hypercat.*  
mihi

Si puellam parerem, nolle tolli? C. scio quid feceris:

Sustulisti. SO. sic est factum. SY. domina, ergo heru' damno  
auctus est. 15

SO. Minime, sed erat hic anus haud impura Corinthia: ei dedi

Exponendam. C. ô Iuppiter, tantam esse in animo inscitiam?

SO. Perii, quid ego feci? C. rogitas? SO. si peccavi mi Creme,

Insciens feci. S. id quidem ego, & si tu neges, certo scio,

Te inscientem, atque imprudentem dicere, ac facere omnia: 20

Tot peccata in hac re ostendis. nam iam primum, si meum

Imperium exequi voluisses, interemptam oportuit,

Non simulare mortem verbis, re ipsa spem vitae dare.

Atque id omitto: misericordia, animus maternus, sino.

Quam bene vero abs te prospectum est? quid voluisti, cogita. 25

Nempe anui illi prodita abs te filia est planissime,

Per te vel uti quaestum faceret, vel uti veniret palam.

Credo id cogitasti, quidvis fatiu' est, dum vivat modo.

N n n n n n n

Quid

Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, atque aequum sciunt?

Melius, peius, profit, obfit, nil vident, nisi quod lubet. 30

S O. Mi Chreme, peccavi fateor, vincor: te nunc obsecro,

Quanto tuus est animus natu gravior, ignoscentior,

Vt meae stultitiae iustitia tua sit aliquid praesidi.

C. Scilicet equidem istuc tibi factum ignoscam: verum Sostrata,

Male docet te mea facilitas multa: sed istuc, quidquid est, 35

Qua hoc oceptum est causa, loquere. S O. ut stultae & miserae omnes sumus

Religiosae: cum exponendam do illi, de digito annulum

Detraho: & eum dico ut una cum puella exponeret,

Si moreretur, ne, expers partis esset de nostris bonis.

C. Istuc recte: conservasti te, atque illam. S O. hic is est annulus. 40

C. Vnde habes? S O. quam Bacchis secum adduxit adolescentulam.

S Y. hem.

C. Quid ea narrat? S O. ea lavatum dum it, servandum \* mihi dedit

Annulum: non advorti primo: at postquam aspexi ilico

Cognovi: ad te exilui. C. quid nunc suspicare, aut invenis

De illa? S O. nescio, nisi ut ex ipsa quaeras, unde hunc \* habuerit, 45

Si potis est reperiri. S Y. interii, plus spei video, quam volo:

Est nostra, si ita est. C. vivit ne illa, cui tu dederas? S O. nescio.

C. Quid renuntiavit olim fecisse? S O. id quod iusseram.

C. Nomen mulieris cedo quod sit, ut quaeratur. S O. Philtere.

S Y. Ipsa est: mirum, ni illa salva est, & ego perii. C. Sostrata 50

Sequere me intro hac. S O. ut praeter spem evenit: quam timui

male,

Ne nunc animo ita esses duro, ut olim in tollenda, Chreme.

C. Non licet hominem esse saepe ita ut vult, si res non finit:

Nunc ita tempus est mi, ut cupiam filiam; olim nil minus.

*Tribr. pro Troch.*

*Tribr. pro Troch.*

*Ipsa est.) Haec Syrus abiens. Egredi enim necesse est sequentis actus initio.*

## ACT. IV. SCENA I.

S Y R V S.

NISI me fallit animu' haud multum a me aberit infortunium:

Ita hercle in angustum opido nunc meae coguntur copiae,

Nisi aliquid video, ne esse amicam hanc gnati resciscat senex:

Nam quod sperem de argento, aut posse postulem me fallere,

Nihil est: triumpho, si licet me latere, recto abscedere. 5

Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subito e faucibus.

Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro ineunda est mihi.

Nihil tam difficile, quin quaerendo investigari queat.

Quid si hoc sic incipiam nunc? nihil est: si sic? tantundem egero:

At sic opinor: non potest: immo optime: euge optumam habeo. 10

Retraham hercle opinor ad me illud idem fugitivum argentum tamen.

*Oct. Iamb. Nisi postter. producta.*

*Optumam habeo.) Viam deest more Attico; sic enim illi, τὴν τὰ χίσην.*

## ACT. IV. SCENA II.

C L I N I A. S Y R V S.

NVLLA mihi res posthac potest iam intervenire tanta,

Quae mi aegritudinem afferat: tanta haec laetitia oborta est.

Dedo patri me iam nunc, ut frugalior sim quam volt.

S. Nil me fefellit: cognita est, quantum audio huius verba.

Istuc tibi ex sententia tua obtigisse laetor.

C. O mi Syre audistin' obsecro? S. quid ni, qui usque una affuerim? 5

C. Cui aeque audisti commodi quidquam evenisse? S. nulli.

C. At-

*Oct. Iamb. catal.*

C. Atque ita me Dei ament, ut ego nunc non tam meapte causa  
 Laetor, quam illius: quam ego scio esse honore quovis dignam.  
 S. Ita credo: sed nunc Clinia age, da te mihi vicissim: 10  
 Nam amici quoque res est videnda, in tuto ut collocetur,  
 Nequid de amica nunc senex. C. ô Iuppiter. S. quiesce.  
 C. Mea Antiphila nubet mihi. S. ficine mihi interloquere?  
 C. Quid faciam Syre mi? gaudeo: ferme. S. fero hercle vero.  
 C. Deorum vitam fumu' adepti. S. frustra operam hanc opinor  
 fumo. 15  
 C. Loquere, audio. S. at iam hoc non ages? C. agam. S. viden-  
 dum est inquam,  
 Amici quoque res, Clinia, tui in tuto ut collocetur:  
 Nam si nunc a nobis abis, & Bacchidem hic relinquis,  
 Noster resciscet ilico esse amicam hanc Clitiphonis:  
 Si abduxeris, coelabitur itidem, ut celata adhuc est. 20  
 C. At enim istoc nihil est magi' Syre meis nuptiis advorsum:  
 Nam quo ore appellabo patrem? tenes quid dicam. S. quid ni?  
 C. Quid dicam? quam causam afferam? S. quin nolo mentiare.  
 Aperte, ita ut res sese habet, narrato. C. quid ais? S. iubeo  
 Illam te amare, & velle uxorem hanc esse Clitiphonis. 25  
 C. Bonam, atque iustam rem oppido imperas, & factu facilem:  
 Et scilicet iam me hoc voles patrem exorare, ut coelet  
 Vostrom senem. S. imo ut recta via rem narret ordine omnem. C. Imo priore brevi-  
 hem,  
 Satin' sanus es, aut sobriu'? tu quidem illum plane prodis.  
 Nam qui ille poterit esse in tuto? dic mihi. 30  
 S. Huic equidem consilio palmam do: hic me magnifice effero,  
 Qui vim tantam in me, & potestatem habeam tantae astutiae,  
 Vera dicendo ut eos ambos fallam: ut cum narret senex  
 Vester nôstro, istam esse amicam gnati, non credat tamen.  
 C. At enim spem istoc pacto rursus nuptiarum omnem eripis. 35  
 Nam dum amicam hanc meam esse credet, non committet filiam:  
 Tu fortasse quid me fiat parvi pendis, dum illi consulas.  
 S. Quid? (malum) me aetatem censes velle id adsimularier?  
 Vnus est dies, dum argentum eripio, pax, nihil amplius.  
 C. Tantum fat habes? quid tum quaeso, si hoc pater resciverit? 40  
 S. Quid si redeo ad illos, qui aiunt, Quid si nunc coelum ruat?  
 C. Metuo quid agam. S. metuis? quasi non ea potestas sit tua,  
 Quo velis in tempore ut te exolvas: rem facias palam.  
 C. Age, age, traducatur Bacchis. S. optume ipsa exit foras.

30 *Trimeter.*  
*Troch. catal.*

*Hypercat.*

*Palnam do.) In Eunuchi act. v. sce. iv. Id vero est, quod ego mihi puto palmarium.*

ACT. IV. SCENA III.

BACCHIS. CLINIA. SYRVS. DROMO.

PHRYGIA *ancilla.*

SATI' pol proterve me Syri promissa huc induxerunt:  
 Decem minas, quas mihi dare pollicitus est: quod is si nunc me  
 Deceperit, saepe obsecrans me ut veniam, frustra veniet:  
 Aut cum venturam dixero, & constituero, cum is certo  
 Renuntiarit, Clitipho cum spe pendebit animi. 5  
 Decipiam, ac non veniam: Syrus mihi tergo poenas pendet.  
 C. Sati' scite promittit tibi. S. atqui tu hanc iocari credis?  
 Faciet nisi caverô. B. dormiunt: ego pol istos commovebo. *Hypercat.*  
 Mea Phrygia, audisti homo iste modo quam villam demonstravit  
 Carini? PH. audivi. BA. proximam esse huic fundo ad dextram?  
 PH. memini. 10  
 BA.



*Hypercat.*

BA. Curriculo percurrere: apud eum miles Dionysia agitatur.  
S. Quid haec inceptat? BA. dic me hic oppido esse invitam, atque  
asservari.

Verum aliquo pacto verba iis me daturam esse, & venturam.

*Hypercat.*

S. Perii hercle: Bacchis mane mane, quo mittis istanc quaeso?  
Iube maneat. BA. abi. S. quin est paratum argentum. BA. quin  
ego maneo.

S. atqui iam dabitur. BA. ut lubet, num ego insto? S. at scin'  
quid fodes?

B. Quid? S. transeundum nunc tibi est ad Menedemum, & tua  
pompa

Eo traducenda est. BA. quam rem agi' scelu'? S. ego ne? argen-  
tum cudo,

Quod tibi dem? BA. dignam me putas, quam inludas? S. non est  
temere.

B. Etiamne tecum hic res mihi est? S. minime: tuum tibi reddo. 20

BA. Eatur. S. sequere hac. heus Dromo. D. quis me volt? S.  
Syrus. D. quid est rei?

S. Ancillas omnes Bacchidis traduce hinc ad vos propere.

D. Quamobrem? S. ne quaeras: & ferant quae secum huc attu-  
lerunt:

Sumptum sibi esse levatum sperabit senex harum abitu:

Nae ille haud scit damni hoc paululum quantum adportet ei lucri: 25

Tu nescis id quod scis Dromo, si sapias. D. mutum dices.

*Quis me volt.*) Haec  
de domo loquitur  
Dromo: neque sce-  
nam facit, quemad-  
modum neque in *Eu-  
nucho* Pythias, quae  
de domo loquitur  
cum Chremete *act.*  
III, *sc.* III.

## ACT. IV. SCENA IV.

## CHREMES. SYRVS.

*Senarii.*

ITA me di amabunt, ut nunc Menedemi vicem

Miseret me: tantum devenisse ad eum mali?

Illancine mulierem alere cum illa familia?

Etsi, scio, hosce aliquot dies non sentiet,

(Ita magno desiderio fuit ei filius)

Verum ubi videbit tantos sibi sumptus domi

Quotidianos fieri, nec fieri modum,

Optabit rursus ut abeat ab se filius:

Syrus optime, eccum. S. adoriri hunc cesso? C. Syre. S. hem.

C. quid est?

S. Te ipsum mihi iam dudum exoptabam dari. 10

C. Videre egisse iam nescio quid cum sene.

S. De illo quod dudum? dictum, ac factum reddidi.

C. Bonane fide? S. bona hercle. C. non possum pati

Quin tibi caput demulceam: accede huc Syre:

Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens. 15

S. At si scias quam scite in mentem venerit.

C. Vah, gloriare evenisse ex Sententia?

S. Non hercle vero, verum dico. C. dic, quid est?

S. Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem

Menedemo dixit Clinia, & ea gratia

Secum adduxisse, ne tu id persentisceres.

C. probe. S. dic fodes. C. nimium inquam. S. immo sic fati:

Sed porro ausculta quod superest fallaciae.

Sese ipse dicet tuam vidisse filiam:

Sibi complacitam eius formam, postquam aspexerit,

Hanc se cupere uxorem. C. modo quae inventa est? S. eam: &

Quidem iubebit posci. C. quamobrem istuc Syre?

Nam prorsus nihil intellego. S. vah, tardus es.

C. Fortasse. S. argentum ei dabitur ad nuptias. 25

Aurum,

Aurum, atque vestem, qui? tenes ne? C. comparet? 30  
 S. Id ipsum. C. at illi ego neque do, nec spondeo.  
 S. Non, quamobrem? C. quamobrem? me rogas? homini. S.  
 ut luber.  
 Non in perpetuum dicebam, illam illi ut dares,  
 Verum ut simulares. C. non mea est simulatio:  
 Ita tu istaec tua misceto, ut ne me admisceas. 35  
 Ego cui daturus non sim, ut ei despondeam?  
 S. Credebam. C. minime. S. scite fieri poterat: &  
 Ego hoc, quia dudum tu tantopere iusseras,  
 Eo cepi. C. credo. S. caeterum equidem istuc Chreme  
 Aequi bonique facito. C. atqui tum maxime 40  
 Volo te dare operam ut fiat, verum alia via.  
 S. Fiat: quaeratur alia. sed illud quod tibi  
 Dixi de argento, quod debetur Bacchidi,  
 Id nunc reddendum est illi: neque tu scilicet  
 Eo nunc confugies: quid mea? num mihi datum est? 45  
 Num iussi? num illa oppignerare filiam  
 Meam me invito potuit? verum illud Chreme  
 Dicunt, Ius summum saepe summa malitia est.  
 C. Haud faciam. S. immo, aliis si licet, tibi non licet:  
 Omnes in lauta, te & parte bene aucta putant. 50  
 C. Quin egomet iam ad eam deferam. S. immo, filium  
 Iube potius. C. quamobrem? S. quia enim in eum suspectio est  
 Translata amoris. C. quid tum? S. quia videbitur  
 Magi' verisimile id esse, cum hic illi dabit:  
 Simul & conficiam facilius ego quod volo. 55  
 Ipse adeo adest, abi, effer argentum. C. effero.

ACT. IV. SCENA V.

CLITIPHO. SYRVS.

NULLA est tam facilis res, quin difficilis fiet, *Senarit.*  
 Quam invitus facias: vel me haec de ambulatio  
 Quam non laboriosa, ad languorem dedit.  
 Nec quidquam magi' nunc metuo, quam ne dentio  
 Miser hinc aliquo extrudat, ne accedam ad Bacchidem. 5  
 Ut te quidem Di, deaeque omnes quantum est Syre  
 Cum istoc invento, cumque incepto perduint:  
 Huius modi mihi res semper comminiscere,  
 Vbi me exearnufices. S. I tu hinc quo dignus es,  
 Quam pene tua me perdidit protervitas: 10  
 C. Vellem hercle factum: ita meritu'. S. meritu'? quo modo?  
 Nae me istuc ex te prius audisse gaudeo,  
 Quam argentum haberes, quod daturus iam fui.  
 C. Quid igitur vis tibi dicam? abiisti, mihi  
 Amicam adduxti, quam non liceat tangere. 15  
 S. Iam non sum iratus: sed scin' ubi nunc sit tibi  
 Bacchis? C. apud nos. S. non. C. ubi igitur? S. apud Cliniam.  
 C. Perii. S. bono animo es: iam argentum ad eam deferes,  
 Quod ei pollicitus. C. garris: unde? S. a patre tuo.  
 C. Ludis fortasse me. S. ipsa re experibere. 20  
 C. Nae ego fortunatu' homo sum: deamo te Syre.  
 Qua causa id fiat, cave quidquam admiratu' sis.  
 S. Sed pater egreditur. obsecundato in loco:  
 Quod imperabit, facito: loquitor paucula.

## ACT. IV. SCENA VI.

CHREMES. CLITIPHO. SYRVS.

*Senarii.*

VBI Clitipho nunc est? S. eccum me, inque. CLI. eccum hic tibi.

C. Quid rei esset, dixti huic? S. dixi plaeraque omnia.

C. Cape hoc argentum, ac defer. S. hei, quid stas lapis?

Quin accipis? CLI. cedo sane. S. sequere hac me ocyus.

Tu hic nos dum eximus interea operibere: 5

Nam nihil est, illic quod moremur diutius.

C. Minas quidem iam decem habet a me filia,

Quas pro alimentis esse nunc duco datas:

Haec ornamentis consequentur alterae.

Porro haec talenta dotis apposcent duo. 10

Quam multa iniusta, ac prava fiunt moribus?

Mihi nunc relictis omnibus, inveniendus est

Aliquis, labore inventa mea cui dem bona.

*Meo alibi.*

## ACT. IV. SCENA VII.

MENEDEMVS. CHREMES.

MVLTO omnium nunc me fortunatissimum

Factum puto esse gnate, cum te intellego

Resipisse. C. ut errat? M. te ipsum quaerebam Chreme:

Serva quod in te est, filium, & me & familiam.

C. Cedo, quid vis faciam? M. invenisti hodie filiam. 5

C. Quid tum. M. hanc sibi uxorem dari volt Clinia.

C. Quaeso quid tu hominis es? M. quid? C. iam ne oblitus es

Inter nos quid sit dictum de fallacia,

Vt ea via abs te argentum auferretur? M. scio.

C. Ea ipsa res nunc agitur. M. quid dixti Chreme? 10

Erravi? C. sic res est. M. quanta spe decidi?

C. Et haec quidem, quae apud te est, Clitiphonis est

Amica. M. ita aiunt? C. & tu, credis? M. omnia. C. &

Illum aiunt velle uxorem, ut cum desponderim,

Des qui aurum, ac vestem, atque alia, quae opu' sunt, com- 15

paret. M. id est profecto: id amicae dabitur. C. scilicet

Daturum. M. vah, frustra igitur gavissus miser.

Quidvis tamen iam malo, quam hunc amittere.

Quid nunc renuntiem abs te responsum Chreme,

Ne sentiat me sensisse, atque aegre ferat? 20

C. Aegre? nimium illi Menedeme indulges. M. sine:

Inceptum est: perfice hoc mihi perpetuo Chreme.

C. Dic convenisse, egisse te de nuptiis.

M. Dicam: quid deinde? C. me facturum esse omnia: 25

Generum placere, postremo etiam si voles,

Desponsam esse quoque dicito. M. hem, istuc volueram.

C. Tanto ocyus te ut poscat, & tu id quod cupis,

Quam ocyssime ut des. M. cupio. C. nae, tu propediem

(Vt istam rem video) istius obsaturabere. 30

Sed haec ut ut sunt, cautim & paulatim dabis,

Si sapias. M. faciam. C. abi intro, vide quid postulent.

Ego domi ero, si quid me voles. M. sane volo:

Nam te sciente faciam quidquid egero.

Ego me non tam astutum, neque ita perspicacem esse, id scio:

Sed hic adiutor meus, & monitor, & praemonstrator Chremes, 35

Hoc

*Troch. octon. catal.*

Hoc mihi praestat: in me quidvis omnium horum convenit,  
Quae sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeu', in  
illum nil potest: nam exuperat eius stultitia, omnia haec.

ACT. V. SCENA I.

CHREMES. MENEDEMVS.

O HE, iam desine deos uxor gratulando obtundere,  
Tuam esse inventam gnatham: ni illos ex ingenio iudicas  
Tuo, ut nil credas intellegere, nisi idem dictum est centies.  
Sed interim quid iam dudum illic gnatus cessat cum Syro?

*Or. lamb.*

M. Quos ais homines Chreme cessare? C. ehem. Menedeme ad-  
venis? 5

Dic mihi, Cliniae quae dixi nuntiasti ne? M. omnia.

C. Quid ait? M. gaudere adeo ocepit, quasi qui cupiunt nuptias.

C. Ha, ha, hae. M. quid risisti? C. servi venere in mentem Syri

Calliditates. M. itane? C. voltus quoque hominum fingit scelus.

M. Gnatus quod se assimulat laetum, id dicis? C. id. M. id idem  
istuc mihi 10

Venit in mentem. C. veterator. M. magi', si magi' noris, putes

Ita rem esse. C. ain' tu? M. quin tu auscultas. C. mane, priu' haec  
scire expeto

Quid perdidideris: nam ubi desponsam nuntiasti filio,

Continuo iniecisse verba tibi Dromonem scilicet,

Sponsae vestem, aurum, ancillas opus esse, argentum uti dares. 15

M. Non. C. Quid non? M. non inquam. C. neque gnatu' ipse?

M. nihil prorsus Chreme.

Magis unum etiam instare, ut hodie conficerentur nuptiae.

C. Mira narras: quid Syrus meus? ne is quidem quidquam? M.  
nihil.

C. Quamobrem? M. nescio equidem: sed te miror, qui alia tam  
plane scias: *Hypercat.*

Sed tuus ille quoque Syrus idem mire finxit filium, 20

Vt ne paulum suboleat quidem esse amicam hanc Cliniae.

C. Quid ais? M. mitto iam osculari, atque amplexari: id nil puto.

CH. Quid, quod amplius simuletur? M. vah. C. quid est? M.  
audi modo:

Est mihi ultimis conclave in aedibus quoddam retro:

Huc est intro latus lectus, vestimentis stratus est. 25

C. Quid postquam hoc est factum? M. dictum, factum: huc abiit  
Clitipho.

C. Solus? M. solus. C. timeo. M. Bacchis consecuta est illico.

C. Sola? M. sola. C. perii. M. ubi abiire intro, operuere ostium.

C. hem,

Clinia haec fieri videbat? M. quid ni? mecum una simul.

C. Filii est amica Bacchis. Menedeme, occidi.

M. Quamobrem? C. decem dierum vix mi est familia. 30 *Senarii.*

M. Quid hoc times, quod is operam amico dat suo?

C. Immo quod amicae. M. si dat? C. an dubium id tibi est?

Quenquam animo tam communi esse aut ieni putas,

Qui se vidente amicam patiatur suam? M. ha, ha, hae. 35 *Ha, ha, hae.)*

Quidni, quo verba facilius dentur mihi?

C. Derides? merito mihi nunc ego succenseo:

Quot res dedere. ubi possem perferentiscere,

Ni essem lapis, quae vidi? vae misero mihi.

At nae illud haud inultum (si vivo) ferent,

Nam iam. M. non tu te cohibes? non te respicis? 40

Non tibi ego exempli fati' sum? C. prae iracundia

Menedeme, non sum apud me. M. tene istuc loqui?  
 Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare,  
 Foris sapere, tibi non posse auxiliarier? 45  
 C. Quid faciam? M. id quod me fecisse aiebas parum:  
 Fac te esse patrem sentiat: fac ut audeat  
 Tibi credere omnia, abs te petere, & poscere,  
 Ne quam aliam quaerat copiam, ac te deserat.  
 C. Immo abeat potius multo quovis gentium, 50  
 Quam hic per flagitium ad inopiam redigat patrem.  
 Nam si illi pergam suppeditare sumptibus  
 Menedeme, mihi illaec vere ad rastros res redit.  
 M. Quot in hac re incommoditates capies, nisi caves?  
 Difficilem ostendis te esse, & ignosces tamen 55  
 Post, & id ingratum. C. ah, nescis quam doleam. M. ut lubet.  
 Quid quod rogo, ut illa nubat nostro? nisi quid est  
 Quod mavis. C. immo & gener, & affines placent.  
 M. Quid dotis dicam te dixisse filio?  
 Quid obticui? C. dotis? M. ita dico. C. ah. M. Chreme, 60  
 Nequid vereare si est minu', nil dos nos movet.  
 C. Duo talenta pro re nostra ego esse decrevi satis:  
 Sed ita dictu opus est, si me vis salvum esse, & rem, & filium,  
 Me mea omnia bona doti dixisse illi. M. quam rem agis?  
 C. Id mirari te simulato, & illum rogitato simul, 65  
 Quamobrem id faciam. M. quin ego vero quamobrem id facias,  
 nescio.  
 C. Egone? ut eius animum, qui nunc luxuria, & lascivia  
 Diffluit, retundam, redigam, ut quo se vortat nesciat.  
 M. Quid agis? C. mitte, ac sine me in hac re gerere mihi morem.  
 M. sino.  
 Itane vis? C. ita. M. fiat. C. age iam ut uxorem arcerfat. paret. 70  
 Hic, ita ut liberos est aequum, dictis confutabitur,  
 Sed Syrum. M. quid eum? C. egone: si vivo, adeo exornatum  
 dabo,  
 Adeo depexum, ut dum vivat, meminerit semper mei:  
 Qui sibi me pro rediculo, ac delectamento putat.  
 Non (ita me di ament) auderet facere haec viduae mulieri, 75  
 In me quae facit.

## ACT. V. SCENA II.

CLITIPHO. MENEDEMVS. CHREMES. SYRVS.

Finis superioris ver-  
 sus.

Ob. Tamb.

ITA ne tandem quaeso Menedeme, ut pater  
 Tam in brevi spatio omnem de me eiecerit animum patris?  
 Quod nam ob facinus? quod ego tantum sceleris admisi miser?  
 Volgo id faciunt. M. scio tibi esse hoc gravius multo, ac durius  
 Cui fit: verum ego haud minus aegre patior id, quae nescio: 5  
 Nec rationem capio, nisi quod tibi bene ex animo volo.  
 CLIT. Hic patrem astare aiebas? M. eccum. CH. quid me incufas  
 Clitipho?  
 Quidquid ego huius feci, tibi prospexi, & stultitiae tuae:  
 Vbi te vidi animo esse omisso, & suavia in praesentia  
 Quae essent, habere prima, neque consulere in longitudinem: 10  
 Cepi rationem, ut neque egeres tu, neque ut haec posses perdere.  
 Vbi, cui decuit primo, tibi non licuit per te mihi dare,  
 Ad proximos, tibi qui erant abii, eis commisi, & credidi:  
 Ibi tuae stultitiae semper erit praesidium Clitipho:  
 Victus, vestitus, intectum quo te receptes. CLI. hei mihi 15  
 CH. Satius id est, quam te ipso haerede haec possidere Bacchidem.  
 S. Di-

*Trocb. catal.*

*Sed ita.)* Parasceve  
 ad scenam sequen-  
 tem.

*Quid eum?)* Haec  
 Menedemus abiens.  
 Scena enim sequenti  
 cum Clitiphone exit.  
 Aliter Clitiphoni nar-  
 rasse non potuit, pa-  
 trem ab eo animo  
 esse abalienato.  
 Versus finitur initio  
 sequen. sce.

S. Disperii scelestus, quantas turbas concivi insciens? *Troch. oct. catal.*  
 CLI. Emori cupio. CH. priu' quaeso disce quid sit vivere:  
 Vbi scies, si displicebit vita, tum istoc utitor.  
 S. Here licet ne? CH. loquere. S. at tuto? CH. loquere. S. quae  
 ista est pravitas, 20  
 Quaeve est amentia, quod peccavi ego, id obesse huic? CH. illicit,  
 Ne te admisce: nemo te accusat Syre, nec tu aram tibi  
 Neque precatorem pararis. S. quid ais? CH. nil succenseo  
 Nec tibi, nec huic: nec vos est aequum quod facio, mihi.  
 S. Abit, ac rogasse vellem. CLI. quid Syre? S. unde mihi pete- *Oct. Iamb.*  
 rem cibum: 25  
 Ita nos abalienavit: tibi iam esse ad sororem intellego.  
 C. Adeon' rem rediisse, ut periculum etiam fame mihi sit Syre?  
 S. Liceat modo vivere, spes est. CLI. quae? S. nos esurituros  
 fatis.  
 CLI. Irrides in re tanta, neque me quidquam consilio adiuvas?  
 S. Immo, & ibi nunc sum, & usque dudum id egi, dum loquitur  
 pater; 30  
 Et, quantum ego intellegere possum. CLI. quid? S. longiu' non *Longius non abierit.)*  
 abierit. Cito ab hoc scrupulo  
 CLI. Quid id ergo? S. sic est, non arbitror horum te esse. CLI. liberaberis. Sic enim  
 quid istuc Syre? post paulo, Si non  
 Satin' sanus es? S. ego dicam quae mihi in mentem: tu iudica. *est verum, ad mise-*  
 Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio, *ricordiam ambos ad-*  
 Quae propior esset te, indulgebant tibi, dabant: nunc filia 35 *duces cito, Aut sci-*  
 Postquam est inventa vera, inventa est caussa, qua te expellerent. *bis cuius sis. Antea*  
 CLI. Est verisimile. S. an tu ob peccatum hoc esse illum iratum *legebatur Abierit:*  
 putas? ego Abierit reposui,  
 CLI. Non arbitror. S. nunc aliud specta. matres omnes filiis *Dicunt Galli, Cecy-*  
 In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria *nyra pas plus loing.*  
 Solent esse: id non fit. CLI. verum: quid ergo nunc faciam Syre? 40 *Hispani, Esto noira*  
 Suspectionem quaere ex illis istam rem profer palam. *mas adelante.*  
 Si non est verum, ad misericordiam ambos adduces cito, aut  
 Scibis cuius sis. CLI. recte suades, faciam. S. Sat recte hoc mihi  
 In mentem venit: nanque adolescens quum minima in spe situs erit,  
 Facillime tum patris pacem in leges conficiet suas. 45  
 Et iam haud scio an ne uxorem ducat, ac Syro nil gratiae.  
 Quid hoc? senex exit foras: ego fugio, quod factum est adhuc,  
 Miror non iussisse illico arripi. Ad Menedemum hinc pergam: eum  
 Precatorem mihi paro: seni nostro fidei nihil habeo.

ACT. V. SCENA III.

SOSTRATA. CHREMES.

PROFECTO nisi caves tu homo, aliquid gnato conficies mali: *Oct. Iamb.*  
 Idque adeo miror, qui tam ineptum quidquam potuerit tibi  
 Venire in mentem, mi vir. C. oh, pergin' mulier esse? ullam ego  
 Rem unquam volui, quin tu in ea re adversatrix fueris Sostrata? at  
 Si rogitem iam, quid est quod peccem, aut quamobrem hoc faciam,  
 nescias, 5  
 In qua re nunc tam confidenter restas stulta. S. ego nescio?  
 C. Imo scis, potiu' quidem, quam redeat ad integrum haec oratio.  
 S. Oh, iniquus es, qui me tacere de re tanta postules.  
 C. Non postulo: iam loquere: nihilo minus ego hoc faciam tamen.  
 S. Facies? C. verum. S. non vides quantum mali ex ea re excites? 10 *Troch. oct. catal.*  
 Subditum se suspicatur. C. ain' tu? S. certe inquam Chreme.  
 C. Confitere tuum non esse. S. ah, obsecro te, istuc nostris fiet  
 Inimici': egone confitear non esse meum, qui sit meus?

P P P P P P P

C. Quid?

C. Quid? metuis ne, cum velis, illum non convincas tuum?

S. Inventa quod est filia? C. non, sed quo magi' credendum id fiet, 15

*Troch. dimeter cat.*

*Relictum.*) Relicta ea dicuntur vitia quae a magistro auferri non potuerunt, qualia sunt haereditaria.

Quod consimili' est moribus,

Convincas facile ex te natum: nam tui simili' est probe.

Nam illi nil vitii est relictum quin id itidem sit tibi.

Tum praeterea talem, nisi tu, nulla pareret filium.

Ipse egreditur, quam severus, rem cum videas, censeas. 20

## ACT. V. SCENA IV.

CLITIPHO. SOSTRATA. CHREMES.

*Troch. oct. cat.*

SI unquam ullum fuit tempus mater, cum ego voluptati tibi

Fuerim, dictus filiu' tuu' tua voluntate, obsecro

Eius ut memineris, atque inopis nunc te miserescat mei,

Quod peto, & volo, parentes meos ut commonstres mihi.

S. Obsecro mi gnate, ne istuc in animum inducas tuum, 5

Alienum esse te. CLI. sum. S. miseram me, hocine quaesisti obsecro?

Ita mi, atque huic nunc sis superstes, ut ex me, atque ex hoc natus es.

Et cave posthac (si me amas) unquam istuc verbum ex te audiam.

C. at

Ego (si me metuis) mores cave in te esse istos sentiam.

CL. Quos? C. si scire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, heluo, 10

Ganeo, damnosus. mihi crede, & nostrum te esse credito.

CLI. Non sunt haec iam dicta parentis. C. non, si ex capite sis meo

Natus, item ut aiunt Minervam esse ex Iove: ea causa magis

Patiar Clitipho flagitiis me infamem fieri tuis.

S. Di istaec. C. nescio deos: ego quod potero, enitar sedulo. 15

Quaeris, id quod habes, parentes: quod abest, non quaeris, patri

Quomodo obsequare, & serves quod labore invenerit.

Non mihi per fallacias adducere ante oculos. pudet

Dicere praesente hac verbum turpe: at te illud nullo modo

Facere piguit. CLI. eheu quam ego nunc totus displiceo mihi. 20

Quam pudet: neque quod principium incipiam ad placandum, scio.

*Nescio deos.*) Nescio quid sint di facturi. Sic ante *ad. II. sc. IV.* Nescio alias; me scio quidem semper fecisse sedulo, &c.

## ACT. V. SCENA V.

MENEDEMVS. CHREMES. CLITIPHO.

SOSTRATA.

*Troch. oct. cat.*

ENIMVERO Chremes nimi' graviter cruciat adolescentulum,

Nimi' que inhumane. exeo ergo, ut pacem conciliem. optume

Ipsos video. CH. ehem, Menedeme cur non arceris iubes

Filiam, & quod dixi dotis, firmas? S. mi vir te obsecro

Ne facias. CLI. pater obsecro mihi ignoscas. M. da veniam Chreme. 5

Sine te exoret. CH. ego mea bona ut dem Bacchidi dono sciens?

Non faciam. M. at nos non sinemus. CL. si me vivum vis pater,

Ignosce. S. age Chreme mi. M. age quaeso, ne tam obfirma te

Chreme.

CH. Quid? video istuc non licere, ut ceperam, pertendere.

M. Facias ut te decet. C. ea lege hoc adeo faciam, si \* faciat id 10

Quod ego hunc aequum censeo. CL. pater omnia faciam: impera.

CH. Vxorem ut ducas. CL. pater. CH. nihil audio. M. ad me \*

recipio,

*Tribrach. pro Troch.*

*Tribrach. pro Troch.*

Faciet. CH. nil etiam audio ipsum. CLI. perii. S. an dubitas Clitipho?

CH. Immo, utrum vult. M. faciet omnia. S. haec dum incipias \* *Tribrach. pro Troch.* gravia sunt,

Dumque ignores: ubi cognoris, facilia. CL. faciam pater. 15

S. Nate mi, ego pol dabo puellam lepidam, quam tu \* facile ames, *Tribrach. pro Troch.*

Filiam Phanocratae. nostin? CL. rufam ne illam virginem:

Caesiam, sparso ore, adunco naso? non possum pater.

CH. Eia, ut elegans est, credas animum ibi esse? S. aliam dabo.

CL. Quid nam istuc? quandoquidem est ducenda, egomet habeo \* *Tribrach. pro Troch.* propemodum, 20

Quam volo. S. nunc laudo gnate. CLI. Archonidis filiam volo.

S. Perplacet. CLI. pater hoc nunc restat. CHR. quid? CL. Syro ignoscas volo,

Quae mea causa fecit. CH. fiat, vos valete, & plaudite.

*Ad me recipio.) Galli, Je le prens sur moy. Itali, Io lo piglo sopra di me. Hispani, sobre my.*

*Eia ut elegans est.) An inquit putas filii nostri, qui tam elegans est, animum in tam deformi esse virgine? Rebus iam compositis iocatur Chremes cum filio ut in *Andria* cum Pamphilo Simo.*

F I N I S.

CALLIOPIVS RECENSVI.

GOVEANVS RECENSVI.





# ADELPHI TERENTII

A B

## ANTONIO GOVEANO

DENVO CASTIGATA, LOCIS DIFFICILIORIBVS  
EXPLICATA, ACTIBVS, SCENIS, VERSI-  
BVSQVE DISTINCTA.

### TERENTII A Δ Ε Λ Φ Ω Ν

A R G V M E N T V M

P E R

### ANTONIVM GOVEANVM.

**D**VOS cum haberet filios Demea Atticus civis Aeschinum, & Ctesipho-  
nem, Aeschinum Mitioni fratri, qui uxorem nunquam duxerat, ado-  
ptandum dedit. Qui cum a patre esset indulgentissime educatus, ubi  
ex ephebis excessit, nullum erat flagitii, nullum stupri, nullum de-  
decoris, nullum libidinis atque incontinentiae genus in quo non voluta-  
retur: eoque tandem cupiditatis prolapsus est, ut, cum omnes iam in Astu meretri-  
ces amavisset, ne a civibus quidem ipsis temperarit. Cum igitur virgini cuidam At-  
ticae, quae sub matris imperio erat, vitium obtulisset, verereturque ne id ad patris  
aures perveniret, virginis matrem orat, ne rem faciat palam, adiurat is sanctissime  
eius se filiam ducturum uxorem. Creditum est, Ignotum est, tacitum est. Amabat  
forte eius frater Ctesipho quandam citharistriam: ea Laenoni serviebat impurissimo:  
cui cum praeter quaestum & pretium dulce nihil esset, muliere non poterat Ctesipho  
suo modo frui: nec enim erat unde emeret, neque eripere audebat. Fratris igitur  
famae ut consuleret Aeschinus, & eius amorem coelaret, luce palam Laenoni mulie-  
rem eripit. Quod ubi ad matrem virginis quam vitiarat, allatum est, credens mu-  
lier se & filiam proditas, & in alio amore esse Aeschinum occupatum, rem omnem  
Hegioni veteri amico aperit, orans ut sibi & filiae auxilio esse velit. Mitio ubi rem  
ut acta erat, ab Hegione didicit, filio statim virginem despondet. Demea ubi Ae-  
schinum non sibi sed fratri citharistriam rapuisse comperit, ardere primum dolore &  
iracundia. Sed se ipse paulo post revocans, cum monendo, iurgando, corrigendo,  
nihil se proficere videret, unumque id modo assequi, ut suis omnibus invisus esset, se  
totum ad facilitatem & festivitatem traducit, blande servos appellat, pollicetur, ma-  
numittit, amicis agros donat, filio permittit ut in citharistria finem faciat, ipsum de-  
nique Fratrem Mitionem qui ut semper voluntate, ita etiam aetate a nuptiis abhor-  
rebat, eo adducit ut virginis eius quam ducebat Aeschinus, matrem uxorem ducat.

### FABVLAE INTERLOCVTORES.

MITIO *senex.*

DEMEA *senex.*

SANNIO *leno.*

AESCHINVS *adolescens.*

SYRVS *servus.*

CTESIPHO *adolescens.*

SOSTRATA *matrona.*

CANTHARA *nutrix.*

GETA *servus.*

HEGIO *senex.*

DROMO *servus.*

PAMPHILA *nurus.*

ADEL-

# ADELPHI TERENTII

## ACTA LVDIS FVNEBRIBVS

L. AEMYLII PAULI Q. FAB. MAX. P. CORNELIO AFRICANO AEDILIBVS CVRVLIBVS. EGERE L. ATTILIVS PRAENESTINVS. L. NUMIDIVS POSTHYMIVS. MODOS FECIT CL. FLACCVS, CL. FIL. TIBIIS DEXTRIS. FACTA LATINA EST E GRAECA MENANDRV, L. ANITO GALLO, M. CORNELIO CETHEGO COSS.

### PROLOGVS.

POSTQVAM Poëta sensit scripturam suam  
Ab iniquis observari, & adversarios

Rapere in peiorem partem, quam acturi sumus:

De se ipse indicio erit: vos eritis iudices,

Laudi ne an vitio duci factum oporteat.

Synapthnescontes DIPHILI comoedia est:

Eam commorientes PLAVTVS fecit fabulam.

In Graeca adolescens est, qui lenoni eripit

Meretricem. in prima fabula eum PLAVTVS locum

Reliquit integrum. eum hic locum sumpsit sibi,

In Adelphos, verbum de verbo expressum extulit.

Eam nos acturi sumus novam. pernoscite,

Furtivne factum existimetis, an locum

Reprehensum, qui praeteritus negligentia est.

Nam quod dicunt malevoli isti, homines nobiles

Eum adiutare affidueque una scribere,

Quod illi maledictum vehemens existimant,

Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet

Qui vobis universis, & populo placent,

Quorum opera in bello, in otio, in negotio,

Suo quisque tempore usu' est sine superbia.

Dehinc, ne expectetis argumentum fabulae.

Senes qui primi venient, hi partem aperient,

In agendo partem ostendent. facite, aequanimitas

Vestra Poëtae ad scribendum augeat industriam.

5

*In prima fabula.) In Graeca DIPHILI; non ut interpres in prima fabulae parte.*

15

20

25

### ACT. I. SCENA I.

#### MITIO *senex.*

STORAX, non rediit hac nocte a coena Aeschinus,

Neque servulorum quisquam qui adversus ierant?

Profecto hoc vere dicunt, si absis uspiam, aut

Vbi si cesses, evenire ea fatiu' est,

Quae in te uxor dicit, & quae in animo cogitat

Irata, quam illa, quae parentes propitii.

Vxor, si cesses, aut te amare cogitat,

Aut tete amari, aut potare, aut animo obsequi:

Et tibi bene esse soli, cum sibi sit male.

Ego, quia non rediit filiu' quae cogito, &

Quibu' nunc sollicitor rebus? ne aut ille alserit,

Q q q q q q q

*Qui adversus ierant) Servi qui dominis foris a caena redeuntibus adversum ibant, adversitores vocabantur. Adversitor a PLAVTO in Mustelaria introducitur.*

10

Aut

Aut uspiam ceciderit, ac perfregerit  
 Aliquid. vah, quemquam ne hominem in animo instituere, aut  
 Parare quod sit carius, quam ipse est, sibi?  
 Atqui ex me hic non natu' est, sed ex fratre. is adeo 15  
 Dissimili studio est, iam inde ab adolescentia.  
 Ego hanc clementem vitam urbanam, atque otium  
 Secutus sum: & quod fortunatum isti putant,  
 Vxorem nunquam habui. ille contra, haec omnia:  
 Ruri agere vitam, semper parce, ac duriter, 20  
 Se habere: uxorem duxit: nati filii  
 Duo: inde ego hunc maiorem adoptavi mihi,  
 Edaxi, a parvulo habui: amavi pro meo.  
 In eo me oblecto: solum id est carum mihi.  
 Ille ut item contra me habeat, facio sedulo. 25  
 Do, praetermitto, non necesse habeo omnia  
 Pro meo iure agere. postremo alii clanculum  
 Patres quae faciunt, quae fert adolescentia,  
 Ea ne me coelet, consuefeci filium.  
 Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut 30  
 Audebit, tanto magis audebit caeteros.  
 Pudore & liberalitate liberos  
 Retinere satius esse credo, quam metu.  
 Haec fratri mecum non conveniunt, neque placent.  
 Venit ad me saepe clamans, Quid agis Mitio? 35  
 Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?  
 Cur potat? cur tu his rebus sumptus suggeris?  
 Vestitu nimio indulges? nimium ineptus es.  
 Nimium ipse duru' est, praeter aequumque, & bonum: 40  
 Et errat longe, mea quidem sententia,  
 Qui imperium credat gravius esse, aut stabilius  
 Vi quod sit, quam illud, quod amicitia adiungitur.  
 Mea est sic ratio, & sic animum induco meum:  
 Malo coactus qui suum officium facit,  
 Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet: 45  
 Si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit.  
 Quem beneficio adiungas, ille ex animo facit:  
 Referre studet par, praesens, absensque idem erit.  
 Hoc patrium est, potius consuefacere filium  
 Sua sponte recte facere, quam alieno metu. 50  
 Hoc pater ac dominus interest. hoc qui nequit,  
 Fateatur nescire imperare liberis.  
 Sed est ne hic ipse, de quo agebam? is aecere est.  
 Nescio quid tristem video. credo, iam (ut solet)  
 Iurgabit. salvum te advenire Demea, 55  
 Gaudemus.

## ACT. I. SCENA II.

DEMEA. MITIO *senex.*

HEM, oportune. te ipsum quaerito,  
 MIT. Quid tristis es? DEM. rogitam me, ubi nobis Aeschinus  
 Siet, non quid tristi' ego sim. M. dixi ne hoc fore?  
 Quid is fecit? D. quid fecerit is, quem neque pudet 5  
 Quidquam: nec metuit quenquam, neque legem putat  
 Tenere se ullam? nam illa, quae antehac facta sunt,  
 Omitto: modo quid designavit? M. quidnam id est?  
 D. Fores effregit, atque in aedeis irruit  
 Alienas: ipsum dominum, atque omnem familiam  
 Multavit usque ad mortem: eripuit mulierem 10  
 Quam

Aequumque & bonum.) Eodem modo dixit TERENTIUS nollesque & dies.

Finis versus praecedentis.

Senarii.

Quam amabat: clamant omnes, indignissime

Factum esse. hoc adveniendi quot mihi Mitio

Dixere? in ore est omni populo. denique

Si conferendum exemplum est, non fratrem videt

Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?

Nullum huius simile factum, haec cum illi Mitio

Dico, tibi dico: tu illum corrumpi sinis.

M. Homine imperito nunquam quicquam iniustius,

Qui, nisi quod ipse fecit, nil rectum putat.

D. Quorsum istuc? M. quia tu Demea haec male iudicas.

Non est flagitium (mihi crede) adolescentulum

Scortari, neque potare, non est, neque fores

Effringere. haec si neque ego, neque tu fecimus,

Non sivit egestas facere nos. tu nunc tibi

Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia.

Iniurium est. nam si esset unde fieret id,

Faceremus: & tu illum tuum, si esses homo,

Sineres nunc facere, dum per aetatem licet,

Potius quam, ubi te expectatum eiecisset foras,

Alienore aetate, post faceret tamen.

D. Pro Iuppiter. adiges tu me homo ad infaniam.

Non est flagitium facere haec adolescentulum? M. ah,

Ausculata, ne me obtundas de hac re saepius,

Tuum filium dedisti adoptandum mihi.

Is meus est factus: si quid peccat Demea,

Mihi peccat: ego illi maxumam partem seram.

Obsonat, potat, olet unguenta de meo.

Amat, dabitur a me argentum, ubi erit commodum:

Vbi non erit, fortasse excludetur foras.

Fores effregit? restituentur, discidit

Vestem? refarcietur: est (Dis gratia)

Et unde haec fiant, & adhuc non molesta sunt.

Postremo, aut desine: aut cedo quemvis arbitrum:

Te plura in hac re peccare ostendam. D. hei mihi

Pater esse discite ab aliis, qui vere sciunt.

M. Natura tu illi pater es, consiliis ego.

D. Tun' consulis quidquam? M. ah, si pergis, abiero.

D. Siccine agis? M. an ego toties de eadem re audiam?

D. Curae est mihi. M. & mihi curae est. verum Demea

Curemus aequam uterque partem, tu alterum,

Ego item alterum. nam ambos curare, propemodum

Reposcere illum est, quem dedisti. D. ah, Mitio.

M. Mihi sic videtur istuc. D. tibi si istuc placet,

Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.

Iam si verbum unum posthac. M. rursus Demea

Irascere? D. an non credis? repeto ne quem dedi?

Aegre est, alienus non sum. si obsto, hem desino.

Vnum vis curem, curo: & est Dis gratia,

Cum ita ut volo est: iste tuus, ipse sentiet

Posterius. nolo in illum gravius dicere.

M. Nec nil, neque omnia haec sunt: quae dicit, tamen

Non nil molesta haec sunt mihi. sed ostendere

Me aegre pati illi volui. nam ita est homo,

Placo, cum adversor sedulo, & deterreo,

Vix tamen humane patitur: verum si augeam,

Aut etiam adiutor sim eius iracundiae,

Infaniam profecto cum illo. Et si Aeschinus

Non nullam in hac re nobis facit iniuriam.

Quam hic non amavit meretricem? aut cui non dedit

Aliquid? postremo nuper (credo iam omnium

*Nisi pro sed.*

Taedeat ) dixit velle uxorem ducere.  
Sperabam iam defuisse adolescentiam:  
Gaudebam ecce autem de integro. nisi quidquid est,  
Volo scire, atque hominem convenire, si apud forum est.

*illi dico.) Pro, de illo dico; sic in Phormione, Pergin hero absenti male loqui impuris-  
sime. ac eodem loco post, absenti tibi. Te indignas, seque dignas contumelias. Nunquam  
cessavit dicere hodie.*

*Expectatum.) Expectatus is dicitur, cuius mors expectatur. QUINTILIANVS lib. IX.  
Cum Proculius, inquit, quaereretur de filio quod is mortem suam expectaret, & ille di-  
xisset se vero non expectare, imo inquit, rogo expectes.*

*Eiecisset foras.) Extulisset.*

*Vbi erit commodum.) ASCONIVS in illud CICERONIS aut eum iudicem; quem com-  
modum erat, sic scribit, vetuste posuit pro eo quem libebat. Sic TERENTIUS, Amat,  
dabitur a me argentum; ubi erit commodum, nam meretrici dare quando est commo-  
dum? sed est positum pro eo, Cum libuerit.*

## ACT. II. SCENA I.

SANNIO leno. AESCHIVS adolescens.

*Oct. Iamb. catal.*

*Quaternarius Iambi-  
cus acatal.*

*Oct. Iamb. acatal.*

OBSECO, populares ferte misero, atque innocenti auxilium:  
Subvenite inopi. AE. odiose; nunc iam illico hic consiste:  
Quid respectas? nihil periculi est: nunquam, dum ego adero, hic te  
Tanget. S. ego istam inviti' omnibus.

AE. Quanquam est scelestus, non committet hodie unquam iterum  
ut vapulet. 5

S. Audi Aeschine, ne ignarum fuisse te dicas morum meum  
Ego leno sum. E. scio. S. at ita, ut usquam fuit fide quisquam  
optuma.

Tu quod te posterius purges nolle hanc iniuriam mihi  
Factam esse, huius non faciam. crede hoc, ego meum ius persequar.  
Neque tu verbis solves unquam, mihi quod re malefeceris. 10

Ego vestra haec novi, nollem factum, iusiurandum dabitur, esse te  
Indignum iniuria hac, indignis cum egomet sim acceptus modis.

AE. Abi praestrenue ac fore' aperi. S. caeterum, hoc nihili facis.

AE. I iam nunc intro. S. at non enim sinam. AE. accede illuc  
Parmeno,

Istoc nimium abiisti: hic propter hunc assiste. hem, sic volo. 15  
Cave nunc iam oculos a meis oculis quoquam demoveas tuos.

Ne mora sit, si innuerim, quin pugnis continuo in mala haereat.

S. Istuc volo ergo ipsum experiri. AE. hem serva: omitte mulierem.

S. O facinu' indignum. AE. geminabit nisi caves. S. hei misero  
mihi.

AE. Non innueram. verum in partem istam potius peccato tamen. 20  
I nunc iam. S. quid rei hoc est? regnum ne Aeschine hic tu pos-  
sides?

AE. Si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus.

S. Quid tibi rei mecum est? AE. nil. S. quid? nostin qui sim?  
AE. non desidero.

S. Tetigin tui quidquam? AE. si attigisses, ferres infortunium.

S. Qui tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi? 25  
Responde. AE. hinc ante aedes non fecisse meli' erit, convitium.

Nam si molestus pergis esse, iam intro arripere, atque ibi  
Vsque ad necem operiere loris. SAN. loris liber? AE. sic erit.

S. O hominem impurum. hicine libertatem aiunt aequam esse om-  
nibus?

AE. Si satis iam bacchatus es leno, audi si vis nunc iam. 30

SA. Ego ne autem baccatu' in te, an tu in me? AE. mitte ista,  
atque ad rem redi.

S. Quam rem? quo redeam? AE. iam ne me vis dicere, quod ad  
te attinet?

SA.

SA. Cupio: modo aequi aliquid. AE. vah, leno iniqua me non volt loqui.

S. Lenos sum, fateor, pernicies communis adolescentium, Periurus, pestis, tibi tamen a me nulla est orta iniuria.

AE. Nam hercle etiam id restat. SAN. illuc quaeso redi quo coepisti Aeschine.

AE. Minis vigniti tu illam emisti (quae res tibi vertat male)

Argenti tantum dabitur. SAN. quid, si ego illam nolo vendere?

Coges me? AE. minime. S. nanque id metui. AE. neque vendendam cenfeo,

Quae libera est: nam ego illam liberali assero causa manu.

Nunc vide utrum vis argentum accipere, an causam meditari tuam.

Delibera hoc, dum ego redeo leno. SAN. pro supreme Iupiter.

Minime miror, qui insanire occipiunt ex iniuria:

Domo me eripuit: verberavit: me invito abduxit meam.

Ob malefacta haec tantidem emptam postulat sibi tradier.

Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.

Verum enim quando bene promeruit: fiat. suum ius postulat.

Age iam cupio, modo si argentum reddat. sed hoc ego \* ariolor,

Vbi me dixerò dare tanti, testeis faciet illico

Vendidisse me, de argento somnium, mox, cras redi.

Id quoque possum ferre si modo reddat, quanquam iniurium est.

Verum cogito id quod res est, quando eum quaestum oceperis,

Accipiunda, & mussitanda iniuria adolescentium est.

Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes deputo:

*Praestrenue.)* Celerrime CICERO ad Terentiam, Exeuntibus nobis de navi Acastus praesto fuit cum literis uno & vicesimo die: sane strenue. Idem ad Qu. Fratrem. Domus utriusque nostrum aedificabatur strenue.

*Tetigin.)* Vide quod notavimus; in Eunu. sc. VII. act. III.

*Liberali causa.)* Quia libera est: & liberam esse aio. CICERO pro Flacco, Atque huic eidem nuper tres equites Romani honesti & graves, cum in causa liberali eum qui asserbatur cognatum suum esse diceret, non crediderunt. Ingenui autem saepe pro servis habebantur, quos asserere licebat.

*An causam meditari tuam.)* CICERO ad Atticum. Meditare adversus Brutum causam meam.

*Misero.)* Innocenti.

*Bene promeruit.)* Benefecit: fecit quod ab adolescente & amatore laenoni fieri decebat, nisi ironiam esse malis. Mereor pro facio saepe in hoc autore reperimus. Vide Pborm. act. II. sce. primam.

*Domo me eripuit, verberavit, me invito abduxit meam.* Domo me, anapestus esse videtur: alioquin non constabit Trochaicus. Ablativos esse, primo, vero, cito, sedulo, mutuo, crebro, sero, ultimisque correptis dici interim, nemo nescit. Act. V. Sce. VIII. animo extremam corripere adnotavimus. Caeterum neminem domo sua eripere licebat. M. TVLLIVS in Vatinius, Miseris ne viatorem, qui M. Bibulum in domo extraheret? ut quod in privatis semper est servatum, id te Trib. Pl. consuli domus exilium esse non posset. Itaque PAVLVS ff. de reg. iuris. Nemo ait, de domo sua invitus extrahi debet.

## ACT. II. SCENA II.

SYRVS servus. SANNIO.

TACE, egomet conveniam iam ipsum: cupide accipiat faxo, atque

\* etiam

Bene dicat secum actum esse. quid istuc Sannio est quod te audio

Cum hero nescio quid concertasse? SAN. nunquam vidi iniquius

Certationem comparatam, quam quae hodie inter nos fuit.

Ego vapulando, is verberando, usque ambo defessi sumus.

S. Tua culpa. SA. quid agerem? S. adolescenti morem gestum oportuit.

SA. Qui potuit melius, qui hodie os usque praebui? S. age sis quid loquar,

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum. SA. hui.

S. Metuisti, si nunc de iure tuo concessisses paululum,

R r r r r r

Atque

Oro. Lamb.

Tribr. pro Lamb.

*Abi posteriore correpta.*

Atque adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime, 10  
 Ne non tibi istuc foeneraret. S. ego spem pretio non emo.  
 S. Nunquam rem facies: abi, nescis inescare homines Sannio.  
 S. Credo istuc melius esse: verum ego numquam adeo astutus fui,  
 Quin quidquid possem, malletm auferre potius in praesentia.  
 S. Age, novi tuum animum, quasi quidquam tibi sint vinginti  
 minae, 15  
 Dum huic obsequare, praeterea autem te aiunt proficisci Cyprum.  
 S. A. hem.  
 S. Coemisse, hinc quae illuc veheres, multa: navem conductam,  
 hoc scio,  
 Animus tibi pendet: ubi illinc spero redieris, tum hoc ages.  
 S. A. Nusquam pedem. perii hercle, hac illi spe hoc inceperunt. S.  
 timet, 20  
 Inieci scrupulum homini. S. A. o scelera, illuc vide  
 Ut in ipso articulo oppressit: emptae mulieres  
 Complures, & item hinc alia, quae porto Cyprum.  
 Nisi eo ad mercatum veniam, damnum maximum est.  
 Nunc si hoc omittam, agam actum, ubi illinc rediero:  
 Nihil est. refrixerit res, nunc demum venis? 25  
 Cur passus? ubi eras? ut sit fatius perdere,  
 Quam aut nunc manere hic tam diu, aut tum persequi?  
 S. Iam enumerasti, quod ad te rediturum putes?  
 S. A. Hocine dignum est illo? hocine incipere Aeschinum?  
 Mihi per oppressionem eripere hanc postulet? 30  
 S. Labascit. unum hoc habeo: vide, si fati' placet,  
 Potius, quam venias in periculum Sannio,  
 Serves ne, an perdas totum, dividuum face:  
 Minas decem corradet alicunde. S. A. hei mihi',  
 Etiam de sorte nunc venio in dubium miser. 35  
 Pudet nihil, omnes dentes labefecit mihi.  
 Praeterea colaphis tuber est totum caput.  
 Etiam insuper defraudet? nusquam abeo. S. ut lubet,  
 Nunquid vis, quin abeam? S. A. immo hercle hoc quaeso Syre,  
 Ut ut haec sunt facta, potius, quam lites sequar, 40  
 Meam mihi reddat: saltem quanti emptae est, Syre.  
 Scio non te usum antehac amicitia mea:  
 Memorem me dices esse, & gratum. S. sedulo  
 Faciam. sed Ctesiphonem video. laetus est  
 De amica. S. quid quod te oro? S. paulisper mane. 45

*Sennit.*

## ACT. II. SCENA III.

CTESIPHO *adolescens.* SYRVS.

*Lamb. Odon.*

ABS quivis homine, cum est opu', beneficium accipere gaudeas:  
 Verum id demum iuvat, si, quem est aequum benefacere, is facit.  
 O frater frater, quid ego nunc te laudem? fati' certe scio,  
 Nunquam ita magnifice quidquam dicam, id virtus quin superet tua.  
 Itaque unam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbi-  
 tror, 5  
 Fratrem homini nemini esse primarum artium magi' principem.  
 S. O Ctesipho. C. o Syre, Aeschinus ubi est? S. ellum, te expectat  
 domi. C. hem.  
 S. Quid est? C. quid? illiu' opera Syre nunc vivo: festivum caput,  
 Omnia sibi qui post putarit esse prae meo commodo,  
 Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in se ipse tran-  
 stulit. 10  
 Nil pote supra. sed quidnam fori' crepuit? S. mane, ipse exit foras.  
 ACT.

## A C T . I I . S C E N A I V .

A E S C H I N V S . S A N N I O . C T E S I P H O . S Y R V S .

Vbi est ille sacrilegus? SA. men' quaerit? nunquid nam effert? *Odon. Iamb.*  
 occidi:

Nil video. AE. ehem opportune. te ipsum quaerito: quid sit Ctesiphon?

In tuto est omnis res. omitte vero tristitiam tuam.

C. Ego illam facile vero omitto, qui quidem te fratrem: \* habeam. *Tribr. pto Iambo.*

O mi germane: ah vereor coram in os te laudare amplius, 5  
 Ne id assentandi magi' quam quod gratum habeam, facere existimes.

AE. Age inepte, quasi nunc non norimus nos inter nos Ctesiphon.

Sed hoc dolet, nos pene sero scisse, & pete in eum locum

Rediisse, ut si omnes cuperent, nil tibi possent auxiliarier.

C. Pudebat. AE. ah, stultitia est istaec, non pudor, tam ob parvolam 10

Rem pene ex patria turpe dictu: deos quaeso istaec prohibeant.

C. Peccavit. AE. quid ait tandem nobis Sannio? S. iam mitis est.

AE. Ego ad forum ibo, ut hunc absolvam: tu intro ad illam Ctesiphon.

SA. Syre insta. S. eamus nanque hic properat in Cyprum. SA. ne tam quidem:

Quamvis etiam maneo otiosus hic. S. reddetur, ne time. 15

SA. At ut omne reddat. S. omne reddet, tace modo, ac sequere hac. SA. sequor:

C. Heus heus Syre. S. hem, quid est? C. obsecro hercle hominem istum impurissimum

Quamprimum absolvitote, ne si magis irritatus fiet,

Aliqua ad patrem hoc permanet, atque ego tunc perpetuo perierim.

S. Non fiet, bono animo esto, tu cum illa te intu' oblecta interim, 20

Et lectulos iube sterni nobis, & parari caetera.

Ego iam transacta re convortam me domum cum obsonio.

C. Ita quaeso: quando hoc bene successit, hilarum hunc sumamus diem.

## A C T . I I I . S C E N A I .

S O S T R A T A *matrona.* C A N T H A R A *nutrix.*

OBSECRO mea tu nutrix, quid nunc fiet? C. quid fiet rogas? *Odon. Iamb.*

Recte aedepol spero. S. modo dolores mea tu occipiunt primulum.

C. Iam nunc times quasi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris.

S. Miseram me, neminem habeo: solae sumu' Geta autem hic non adest:

Nec habeo quem ad obstetricem mittam, nec qui arcersat Aeschinum. 5

C. Pol is quidem iam hic aderit: nam nunquam unum intermittit diem, *Pol is quidem.) Parasceve ad scenam sequentem.*

Quin semper veniat. S. solus mearum miseriarum est remedium.

C. E re Natae fieri melius haud potuit, quam factum est hera:

Oblatum quando vitium est, quod ad illum attinet potissimum,

Talem, genere tali, tali animo, natum ex tanta familia. 10

S. Ita pol est, ut dicis: salvus nobis, deos quaeso, ut fiet.



## ACT. III. SCENA II.

GETA *servus*. SOSSTRATA. CANTHARA.*Octon. Iamb.*

NUNC illud est, quod si omnes omnia sua consilia conferant,  
Atque huic malo salutem quaerant, auxilii nihil afferant,  
Quod mihi que, heraeque, filiaeque herili est: vae misero mihi,  
Tot res repente circumvallant, unde emergi non potest,  
Egestas, iniustitia, solitudo, vis, infamia.  
Est hocine seclum? ô scelera, ô genera sacrilega, ô hominem impi-

S. Me miseram, quidnam est, quod sic video timidum, & prope-  
rantem Getam?

G. Neque fides, neque iusiurandum, neque illum misericordia  
Repressit, neque reflexit: neque quod partus instabat prope:  
Cui miserae indigne per vim vitium obtulerat. S. non intellego 10  
Sati', quae loquatur. C. propius obsecro accedamus Sostrata. G. ah,  
Me miserum, vix sum compos animi: ita ardeo iracundia.  
Nihil est, quod malim, quam illam totam familiam mihi obviam  
Dari, ut iram hanc in eos evomam omnem, dum aegritudo haec est  
recens.

Satis mihi id habeam supplicii, dum illos ulciscar modo. 15

Seni animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus:  
Tum autem Syrum impulsorem, vah, quibus illum lacerarem modis.  
Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram statuerem.  
Ut cerebro dispergat viam:

Adolescenti ipsi oculos eriperem: post haec praecipitem darem. 20  
Tum caeteros ruerem, tunderem, agerem, raperem, & proster-  
nerem.

Sed cesso heram hoc malo impertire propere? S. revocemus: Geta.  
G. hem

Quisquis es sine me. S. Ego sum Sostrata. G. ubi ea est? te ipsam  
quaerito,

Te expecto: oppido opportune te obtulisti mi obviam

Hera. S. quid est? quid trepidas? G. hei mihi. S. quid festinas mi  
Geta? 25

Animum recipe. G. profu'. S. quid istuc profus ergo est? G.  
\* periiimus,

Actum est. S. eloquere obsecro quid fiet. G. iam. S. quid iam Geta?

G. Aeschinus. S. quid ergo is? G. alienu' est a nostra \* familia.  
S. hem,

Perii: quare? G. amare coepit aliam. S. vae miserae mihi.

G. Neque id occulte fert: a lenone ipse eripuit palam. 30

S. Satin' hoc certo? G. certo, hisce oculis egomet vidi Sostrata.  
S. ah,

Me miseram: quid credas iam? aut cui credas? nostrum ne Aeschi-  
num,

Omnium nostrum vitam, in quo nostrae spes, omnesque opes,

Qui sine hac iurabat se unum nunquam victurum diem,

Qui in suo gremio positurum puerum dicebat, patrem ita 35

Obsecraturum, ut liceret hanc uxorem ducere.

G. Hera, lacrimas mitte, ac potius quod ad rem hanc opus est,  
porro consule:

Patiamur ne, an narremus cuiquam? C. hau, hau mi homo sanu'  
es? an

Hoc proferendum usquam tibi videtur? G. mihi quidem non placet.

Iam primum illum alieno animo a nobis esse res ipsa indicat: 40

Nunc si hoc palam proferimus, ille inficias ibit, fat scio.

Tua fama, & gnatae vita in dubium veniet: tum si maxime

*Produxit.) Vendidit.  
Sic in Heaut. Omnes  
produxi aut vendidi.*

*Quaternarius.*

*Troch. oct. catal.*

*Tibra. pro Troch.*

*Tibra. pro Troch.*

*Iamb. oct.*

Fateatur, cum amet aliam iam, non est utile hanc illi dari.  
 Quapropter quoquo pacto coelato opus. S. ah, minime gentium.  
 Non faciam. G. quid agis? S. proferam. G. hem, mea Sostrata  
 vide quam rem agas. 45

S. Peiore res esse loco non potest, quam in quo nunc est sita.  
 Primum indotata est: tum praeterea quae secunda ei dos erat,  
 Perit: pro virgine dari nuptum non potest: hoc reliquum est.  
 Si inficias ibit, testis mecum est annulus, quem amiserat:  
 Postremo quando ego conscia mi sum, a me culpam hanc procul  
 esse, nec 50  
 Pretium, neque rem ullam intercesse illa aut me indignam, experiar  
 Geta.

G. Quid istuc? accedo ut melius dicas. S. tu quantum potes, abi,  
 Atque Hegioni cognato huius, rem omnem narrato ordine.  
 Nam is nostro Simulo fuit summus, & nos coluit maxime.  
 G. Nam herele alius nemo respicit nos. S. propera: tu mea Can-  
 hara 55  
 Curre: obstetricem arcesse, ut cum opu' sit, ne in mora nobis fiet.

*Quid istuc?* Desiderantis est & cogitantis secum an proferri res debeat palam. Tum mora aliqua interposita, *Accedo* inquit *tuae sententiae*, melius esse ut rem dicas, quam ut taceas.

ACT. III. SCENA III.

DE MEA. SYRVS.

DISPERII: Ctesiphonem audiui filium  
 Vna adfuisse in raptione cum Aeschino.  
 Id misero restat mihi mali, si illum potest  
 Qui alicuius rei est, etiam eum ad nequitiam abducere.  
 Vbi ego illum quaeram? credo abductum in ganeum 5  
 Aliquo: persuasit ille impurus, fat scio.  
 Sed eccum, ire Syrum video: hinc scibo iam ubi fiet:  
 Atque hercle hic de grege illo est: si me senserit  
 Eum quaeritare, nunquam dicet carnufex:  
 Non ostendam me id velle. S. omnem rem modo seni 10  
 Quo pacto haberet enarramus ordine:  
 Nil quidquam vidi laetius. D. pro Iuppiter  
 Hominis stultitiam. S. conlaudavit filium:  
 Mihi, qui dedissem consilium, egit gratias.  
 D. Disrumpor. S. argentum adnumeravit illico: 15  
 Dedit praeterea in sumptum dimidium minae:  
 Id distributum sane est ex sententia. D. hem,  
 Huic mandes, si quid recte curatum velis.  
 S. Hem Demea, haud aspexeram te: quid agitur?  
 D. Quid agatur? vostram nequeo mirari fatis 20  
 Rationem. S. est hercle inepta, ne dicam dolo, atque  
 Absurda: pisceis caeteros purga Dromo:  
 Congrum istum maximum in aqua finito ludere  
 Paulisper: ubi ego venero, exossabitur:  
 Priu' nolo. D. haec flagitia? S. mihi quidem non placent. 25  
 Et clamo saepe. Salsamenta haec Stephanio  
 Fac macerentur pulchre. D. Di vostram fidem,  
 Vtrum studio ne id sibi habet, an laudi putat  
 Fore, si perdiderit gnatum? vae misero mihi,  
 Videre videor iam diem illum, cum hinc egens 30  
 Profugiet aliquo militatum. S. o Demea  
 Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est  
 Videre, sed etiam illa, quae futura sunt,  
 Prospicere. D. quid? isthaec iam penes vos psaltria est?  
 S. Est iam intus. D. eho, an domi est habiturus? S. credo ut est 35  
 Dementia. D. haecine fieri? S. inepta lenitas

*Senariis.*

Extrema syllaba ab initio versus sequentis absumitur.

*Ades praesens.) C-  
CERO pro Domo sua  
ad pontifices, Adest  
praesens vir singula-  
ri virtute, constan-  
tia, gravitate, prae-  
ditus M. Bibulus.*

*Postremo.) Ad pauca  
ut veniam,*

Patris, & facilitas prava. D. fratris me quidem  
Pudet, pigetque. S. nimium inter vos Demea, ac  
Non quia ades praesens hoc dico, nimium interest:  
Tu quantus quantus es, nil nisi sapientia es: 40  
Ille futili', somnium: sineres illum tuum  
Facere haec? D. sinerem illum? an non sex totis mensibus  
Prius olfecissem, quam ille quidquam coeperet?  
S. Vigilantiam tuam tu mihi narras? D. sic fiet  
Modo, ut nunc est quaeso. S. ut quisque suum volt, ita est. 45  
D. Quid eum? vidistine hodie? S. tuum ne filium?  
Abigam hunc rus. iam dudum aliquid ruri agere arbitror.  
D. Sati' scis ibi eum esse? S. oh, qui egomet produxi. D. optume est.  
Metui, ne haereret hic. S. atque iratum admodum.  
D. Quid autem? S. adortus fratrem iurgio apud forum 50  
De psaltria istac. D. ain' vero? S. vah, nil reticuit:  
Nam ut numerabatur forte argentum, intervenit  
Homo de improviso: coepit clamare, Aeschine  
Haecine flagitia facere te? haec te admittere  
Indigna genere nostro? D. oh, oh, lacrumo gaudio 55  
S. Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam.  
D. Salvos sit: spero, est similis maiorum suum. S. hui.  
D. Syre praeceptorum plenus istorum ille. S. Phi.  
Domi habuit unde disceret. D. fit sedulo:  
Nil praetermitto, consuefacio: denique 60  
Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium  
Iubeo, atque ex aliis fumere exemplum sibi,  
Hoc facito. S. recte sane. D. hoc fugito. S. callide.  
D. Hoc laudi est. S. istaec res est. D. hoc vitio datur.  
S. Probissime. D. porro autem. S. non hercle otium est 65  
Nunc mi auscultandi: pisceis ex sententia  
Nactus sum: hi mihi ne corrumpantur, cautio est.  
Nam id nobis tam flagitium est, quam illa Demea  
Non facere vobis, quae modo dixi: & quod queo,  
Conservis ad eundem illis praecipio modum. 70  
Hoc falsum est, hoc adustum est, hoc lautum est parum,  
Illud recte: iterum sic memento: sedulo  
Moneo, quae possum pro mea sapientia.  
Postremo tanquam in speculum, in patinas Demea  
Inspicere iubeo: & moneo quid facto usu' sit. 75  
Inepta haec esse, nos quae facimus, sentio:  
Verum quid facias? ut homo est, ita morem geras.  
Nunquid vis? D. mentem vobis meliorem dari.  
S. Tu rus abis hinc. D. recte. S. nam quid tu hic agas,  
Vbi si quid bene praecipias, nemo optemperat? 80  
D. Ego vero hinc abeo, quando is, quamobrem huc veneram,  
Rus abiit. illum curo unum: ille ad me attinet:  
Quando ita volt frater, de istoc ipse viderit.  
Quis illic est procul, quem video? est ne Hegio  
Tribulis noster? si sati' cerno, is aecere est. 85  
Vah homo amicus nobis iam inde a puero. Di boni,  
Nae illiu' modi iam nobis magna civium  
Penuria est, antiqua homo virtute, ac fide:  
Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice.  
Quam gaudeo, ubi etiam huius generis reliquias 90  
Restare video? vah, etiam nunc vivere libet.  
Opperiar hominem hic, ut salutem, & conloquar.

## ACT. III. SCENA IV.

HEGIO. GETA. DEMEA. PAMPHILA.

PRO Di immortales, facinus indignum Geta  
 Quod narras. G. sic est factum. H. ex illan' familia  
 Tam illiberale facin' esse ortum? ò Aeschine  
 Pol haud paternum istuc dedisti. D. videlicet  
 De psaltria hac audivit: id illi nunc dolet  
 Alieno: pater id nihili pendit: hei mihi  
 Vinam hic prope adesset alicubi, atque audiret haec.  
 H. Ni facient quae illos aequum est, haud sic auferent.  
 G. In te spes omnis Hegio nobis sita est.  
 Te solum habemus: tu es patronus: tu pater:  
 Ille tibi moriens nos commendavit senex.  
 Si deseris tu, periiimus. H. cave dixeris.  
 Nec faciam: neque me sati' pie posse arbitror.  
 D. Adibo: salvere Hegionem plurimum  
 Iubeo. H. te quaerebam ipsum: salve Demea.  
 D. Quid autem? H. maior filius tuus Aeschinus,  
 Quem fratri adoptandum dedisti, neque boni  
 Neque liberalis functus officium est viri.  
 D. Quid istuc? H. nostrum amicum noras Simulum, \* atque  
 Aequalem? D. quid ni? H. filiam eius virginem  
 Vitiavit. D. hem? H. mane, nondum audisti Demea  
 Quod est gravissimum. D. an quidquam est etiam amplius?  
 H. Vero ampliu': nam hoc quidem ferundum aliquo modo est:  
 Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia:  
 Humanum est. Vbi sic factum, ad matrem virginis  
 Venit ipse ultro lacrumans, orans, obsecrans,  
 Fidem dans, iurans se illam ducturum domum.  
 Ignotum est, tacitum est, creditum est: virgo ex eo  
 Compressu gravida facta est: mensis, hic decimus est.  
 Ille bonus vir nobis paravit psaltriam,  
 Quicum vivat (si dis placet) illam deferat.  
 D. Pro certon tu istaec dicis? H. mater virginis  
 In medio est, ipsa virgo, res ipsa, hic Geta  
 Praeterea, ut captu' est servulorum, non malus,  
 Neque iners: alit illas, solus omnem familiam  
 Sustentat: hunc abduce: vinci: quaere rem.  
 H. Imo hercle extorque, nisi ita factum est Demea.  
 Postremo non negabit: coram ipsum cedo.  
 D. Pudet: nec quid agam, neque quid huic respondeam  
 Scio. PAMP. miseram me, differor doloribus:  
 Iuno Lucina fer opem: serva me obsecro. H. hem,  
 Num nam illa quaeso parturit? G. certe Hegio. H. hem,  
 Illaec fidem nunc vestram implorat Demea.  
 Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.  
 Haec primum ut fiant, deos quaeso, ut vobis decet.  
 Sin aliter animus vester est, ego Demea  
 Hanc summa vi defendam. atque illum mortuum.  
 Cognatus mihi erat: una a pueris parvoli  
 Sumus educti: una semper militiae, & domi  
 Fuimus: paupertatem una pertulimus gravem.  
 Quapropter nitar, faciam, experiar: denique  
 Animam relinquam potius, quam illas deseram.  
 Quid mihi respondes? D. fratrem conveniam Hegio.  
 Is quod mihi de hac re dederit consilium, id sequar.  
 H. Sed Demea hoc tu facito tecum cogites:

*Senariis.*

Dedisti.) Fecisti; sic  
 in *Eunucho*, *Eunu-*  
*chus quem misisti no-*  
*bis, quas turbas de-*  
*dit. Vnde dare dam-*  
*num aut malum.*

10

15

Syllaba extrema ab  
 initio sequentis ver-  
 sus ab sumitur,

20

25

30

35

40

*Iuno Lucina.) Vide*  
*quae in *Andriae Act.**  
*III. *Scena* 1. notavi-*  
*mus de eadem hac*  
*invocatione,*

45

50

55

Quam

Quam vos facillime agitis, quam estis maxime  
Potentes, dites, fortunati, nobiles,  
Tam maxime vos aequo animo aequa noscere  
Oportet: si vos vultis perhiberi probos.

D. Redito: fient, quae fieri aequum est, omnia. 60

H. Decet te facere. Geta duc me intro ad Sofstratam.

D. Non me indicente haec fiunt. utinam hoc sit modo  
Defectum. verum nimia illaec licentia

Profecto evadet in aliquod magnum malum.

Ibo, ac requiram fratrem, ut in eum haec evomam. 65

### ACT. III. SCENA V.

H E G I O.

Senarii.

BONO animo fac sis Sofstrata, & istam, quod potes,  
Solare. ego Mitionem, si est apud forum,

Conveniam, atque ut res gesta est, narrabo ordine.

Si est, facturu' ut sit officium suum,

Faciat: sin aliter de hac re eiu' est sententia, 5

Respondeat mi, ut quid agam quamprimum sciam.

### ACT. IV. SCENA I.

C T E S I P H O. S Y R V S.

Otto. Iambi.

AIN' patrem hinc abisse rus? S. iam dudum. C. dic fodes. S. apud  
Villam est: nunc eum maxime operi' aliquid facere credo. C. uti-  
nam quidem.

Quod cum salute eius fiat, se ita defatigarit velim,

Vt triduo hoc perpetuo prorsu' e lecto nequeat surgere.

S. Ita fiat, & istoc si quid potis est rectius. C. ita: nam hunc diem 5

Misere nimi' cupio, perpetuum ut coepi in laetitia degere.

Et illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia est

Prope: quod si abesset longius,

Prius nox oppressisset illic, quam huc reverti posset iterum.

Nunc ubi me illic non videbit, iam huc recurret sat scio. 10

Rogabit me, ubi fuerim. quem ego hodie toto non vidi die.

Quid dicam? S. nil ne in mente est? C. nunquam quidquam. S.  
tanto nequior.

Cliens, amicus, hospes nemo est vobis? CTE. sunt. quid postea?  
S. Iisce opera ut data sit. C. quae non data sit? non potest fieri. S.

potest.

C. Interdiu: sed si hic pernocto, causae quid dicam Syre? 15

S. Vah, quam vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari.

Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulchre calleo.

Cum fervit maxime, tam placidum, quasi ovem reddo. C. quo  
modo?

S. Laudari te audit libenter: facio te apud illum Deum.

Virtutes narro. C. meas? S. tuas: hominis ilico lacrumae cadunt 20

Quasi puero, gaudio: hem tibi autem. C. quidnam est? S. lupus  
in fabula.

C. Pater est? S. ipso est. C. Syre quid agimus? S. fuge intro mo-  
do, ego videro.

C. Siquid rogabit, nusquam tu me: audistin? S. potin' ut desinas?

Quaternarius.

Ultima syllaba noni  
huius versus sequen-  
tis, est initium pes-  
que ultimus.

Tribr. pro Iamb.

Puero dissyllabum.

ACT.

## ACT. IV. SCENA II.

DEMEA. CTESIPHO. SYRVS.

NAE ego homo infelix. primum fratrem nusquam invenio gentium. *Troch. oct. cat.*  
Praeterea autem dum illum quaero, a villa mercenarium

Vidi: is filium negat esse ruri, nec quid agam scio.

C. Syre? S. quid ais? C. men' quaerit? S. Verum. C. perii. S. quin  
tu animo bono es.

D. Quid (malum) infelicitati' hoc? nequeo fati' decernere. *5 Nisi pro sed.*

Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis \* miseriis.

*Tibra. pro Troch.*

Primus sentio mala nostra: primus rescisco omnia.

Primus porro obnuntio: aegre solus, si quid sit, fero.

S. Rideo hunc primum: ait se scire. is solus nescit omnia.

D. Nunc redeo, ut si forte frater redierit visam. C. Syre

10

Obsecro, vide ne ille huc prorsus se irruat. S. etiam taces?

Ego cavebo. C. nunquam hercle hodie ego istuc committam tibi.

Nam me in cellam aliquam cum illa concludam, id est tutissimum.

S. Age, tamen ego hunc amovebo. D. sed eccum sceleratum  
Syrum.

S. Non hercle hic quidem durare quisquam si sic fit, potest. *15*

Scire equidem volo, quot mihi sint domini. quae haec est \* miseria? *Tibra. pro Troch.*

D. quid

Ille gannit? quid volt? quid ais bone vir? est frater domi?

S. Quid (malum) bone vir mihi narras? equidem perii. D. quid  
tibi est?

S. Rogitas? Ctesipho me pugnis miserum, & istam psaltriam

Vsque occidit. D. hem, quid narras? S. hem, vide, discidit la-  
brum. *20*

D. Quamobrem? S. me impulsore hanc emptam esse ait. D. non  
tu eum rus hinc modo

Produce aiebas? S. factum, verum post venit insaniens.

Nil pepercit: non puduisse verberare hominem senem,

Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis?

D. Laudo Ctesipho: patriffas: abi, virum te iudico. *25*

S. Laudas? nae ille continebit posthac, si sapiet, manus.

D. Fortiter. S. perquam: quia miseram mulierem & me servolum,

Qui referire non audebam, vicit, hui, perfortiter.

D. Non potuit melius: idem sensit quod ego, te esse huic rei caput.

Est ne intus frater? S. non est. D. ubi illum quaeram, cogito. *30*

S. Scio ubi sit, verum hodie nunquam monstrabo. D. hem, quid  
\* ais? S. ita. *Tibra. pro Troch.*

D. Diminuetur tibi quidem iam cerebrum. S. at nomen nescio

Illius hominis, sed locum novi ubi sit. D. dic ergo locum.

S. Nostin' porticum apud macellum hanc deorsum? D. quidni no-  
verim?

S. Praeterito hac recta platea sursum vorsum: ubi eo veneris, *35*

Clivos deorsum vorsum est: hac te praecipitato: postea

Est ad hanc manum facellum ibi angiportum propter est.

D. Quonam? S. illic ubi etiam caprificus magna est: nostin'? D.  
novi. S. hac pergito.

D. Id quidem angiportum non est pervium. S. verum hercle, vah,

Censen' hominem me esse? erravi: in porticum rursus redi. *40*

Sane hac multo propius ibis, & minor est erratio.

Scin' Cratini ditis huius aedes? D. scio. S. ubi eas praeterieris, *Tibra. pro Troch.*

Ad sinistram hac recta platea: ubi ad Dianae veneris,

Ito ad dextram, priu', quam ad portam venias: apud ipsum lacum

Est Pistrilla, & ex adversum est fabrica: ibi est. D. quid ibi facit? *45*

S. Lectulos in sole iligneis pedibus faciundos dedit.

Vbi potetis vos. D. sane bene: sed cesso ad eum pergere?

T t t t t t

S. I. Sane,

S. I sane, ego te exercebo hodie, ut dignus es filicernium:  
 Aeschinus odiose cessat: prandium corrumpitur:  
 Ctesipho autem in amore est totus: ego iam prospiciam mihi. 50  
 Nam iam adibo, atque unum quodque, quod quidem erit bellis-  
 simum  
 Carpam, & cyathos forbillans paulatim hunc producam diem.

*Quonam? SY. illic ubi, &c. Versum hunc Denarium Catalecticum Trochaicum faciunt, quos nullos scripsit TERENTIUS. Alibi Quidnam? SY. illuc, &c. Ego legendum putarim, ubinam? SY. ubi etiam, &c. ut sit Troch. Oct. Hypercat. Quonam, non videtur sententia postulare: Illic DONATUS non legit.*

## ACT. IV. SCENA III.

## M I T I O. H E G I O.

*Octo. Iamb.*

E G O in hac re nil reperio, quamobrem lauder tantopere Hegio:  
 Meum officium facio: quod peccatum a nobis ortum est corrigo:  
 Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita putant  
 Iniuriam fieri sibi si, quam fecere ipsi, expostulant,  
 Et accusant ultro: id quia non est a me factum, agi' gratias. 5  
 H. Ah, minime: nunquam te aliter, atque es, in animum induxi  
 meum.

Sed quaeso, ut una mecum ad matrem virginis eas Mitio:

Atque istaec eadem, quae mihi dixti, tute dicas mulieri:

Suspicionem hanc propter fratrem eius esse, & illam psaltriam.

M. Si ita aequum censes, aut si ita opus est facto, eamus. H. bene  
 facis: 10

Namque illi & animum iam relevabis, quae dolore, ac miseria

Tabescit, & tuo officio fueris functus: sed si aliter putas,

Egomet narrabo, quae mihi dixti. M. immo ego ibo. H. bene facis:

Omnes quibus res sunt minu' secundae, magi' sunt nescio quo modo

Suspectiosi, ad contumeliam omnia accipiunt magis, 15

Propter suam impotentiam se semper credunt negligi.

Quapropter te ipsum purgare ipsis coram placabilius est.

M. Et recte, & verum dicis. H. sequere me ergo hac intro. M.  
 maxime.

*Impotentiam.) Pau-  
 pertatem, potens,  
 dives est.*

## ACT. IV. SCENA IV.

## A E S C H I N V S.

*Octo. Iamb.*

D I S C R V C I O R animi: hocine de improvise mali mihi obiici  
 Tantum, ut neque quid me faciam, neque quid agam, certum fiet?  
 Membra metu debilia sunt: animu' timore obstupuit, pectore  
 Consistere nihil consilii quid. vah, me ex hac quonam modo  
 Expediam turba? tanta nunc suspectio de me incidit, 5  
 Neque ea immerito. Softrata credit mihi me emisse hanc psaltriam.  
 Anus iudicium id fecit mihi.

Nam ut hinc forte ea ad obstetricem missa erat, ubi eam vidi, illico  
 Adcedo, rogit, Pamphila quid agat: iam partus adsiet:

Eo ne obstetricem arcessat: illa exclamat, Abi, abi, iam Aeschine 10  
 Sati' diu verba dedisti nobis: tua adhuc frustrata est fides:

Hem, obsecro quid istuc, inquam, est? valeas; habeas illam, quae  
 placet.

Sensi illico id illas suspicari, sed me repressi tamen,

Nequid de fratre garrulae illi dicerem, ac fieret palam.

Nunc quid faciam? dicam esse fratris hanc, id quod minime est  
 opus 15

Vsquam efferri? age, omitto, fieri potis est, uti ne qua exeat:

Ipsum

*Quaternarius.*

Ipsum id metuo, uti credant: tot concurrunt verisimilia:  
 Egomet rapui, ipse egomet solvi argentum: ad me abducta est domum.  
 Haec adeo mea culpa fateor fieri, non me hanc rem patri ut ut  
 Erat gesta indicasse: exorassem ut eam ducerem domum. 20  
 Cessatum usque est adhuc. nunc iam porro Aeschine expergiscere.  
 Nunc hoc primum est, ad illas ibo ut purgem me. adcedam ad fores.  
 Perii, horresco hercle semper, ubi pultare hasce occipio fores.  
 Heüs, heüs, Aeschinus ego sum, aperite aliquis actutum ostium.  
 Prodit nescio quis: concedam huc.

25 *Trochaicus hic Octon.  
 Catal. finitur scenae  
 sequentis initio.*

ACT. IV. SCENA V.

MITIO. AESCHINVS.

Facite: ego Aeschinum conveniam, ut quomodo acta haec sint, sciat. *ITA* uti dixi Sostrata *Finis superioris,  
 Troch.*

Sed quis ostium hoc pultavit? A E. pater hercle est: perii. M. Aeschine.

A E. Quid huic hic negotii est? M I T. tun' pepulisti has fores? tacet.

Cur hunc non aliquantisper ludo? melius est, *5 Senarii.*

Quandoquidem hoc nunquam mi ipse voluit credere:

Nil mihi respondes? A E. non equidem istas, quod sciam.

M. Itane? nam mirabar quid hic negoti esset tibi.

Erubuit, salva res est. A E. dic sodes pater,

Tibi vero quid istic rei est, M. nil mihi quidem:

Amicus quidam me a foro abduxit modo

Huc advocatum sibi. A E. quid? M. ego dicam tibi.

Habitant hic quaedam mulieres pauperulae,

Opinor has non nosse te, at & certo scio.

Neque enim huc diu immigrarunt. A E. quid tum postea? *15*

M. Virgo est cum matre. A E. perge. M. haec virgo orba est patre.

Hic meus amicus illi genere est proximus:

Huic leges cogunt nubere hanc. A E. perii. M. quid est?

A E. Nihil recte: perge. M. is venit, ut secum avehat:

Nam habitat Mileti. A E. hem, virginem ut secum avehat? *20*

M. Sic est. A E. Miletum usque obsecro? M. ita. A E. animo ma-

le est:

Quid ipsae? quid aiunt? M. quid censes, nihil enim.

Commenta mater est, esse ex alio viro

Nescio quo puerum natum, neque eum nominat:

Priorem esse illum, non oportere huic dari. *25*

A E. Eho nonne haec iusta tibi videntur postea?

M. Non. A E., obsecro non? an illam hinc abducet pater?

M. Quid ni illam abducatur? A E. factum a vobis duriter,

Immisericorditerque: atque etiam, si est pater

Dicendum magis aperte, inliberaliter. *30*

M. Quamobrem? A E. rogas? quid illi tandem creditis

Fore animi misero, qui cum illa consueverit

Priu', qui infelix haud scio an illam nunc misere amat,

Cum hanc sibi videbit praefens praesenti eripi,

Abduci ab oculis? facinus indignum pater. *35*

M. Qua ratione istuc? quis despondit? quis dedit?

Cui? quando nupsit? autor is rebus quis est?

Cur duxit alienam? A E. an sedere oportuit

Domi virginem tam grandem, dum, cognatus hinc

Illinc veniret, expectantem? haec mi pater *40*

Te dicere aequum fuit, & id defendere.

*Quis despondit.) Fl-  
 llii familiarum sine pa-  
 rentum autoritate nu-  
 ptias contrahere non  
 poterant.*

T t t t t t t

M. Ri-



M. Ridicule, advorsum ne illum caussam dicerem,  
Cui veneram advocatus? sed quid Aeschine  
Nostra, aut quid nobis cum illis? abeamus: quid est?  
Quid lacrimas? A E. pater obsecro, ausculta. M. Aeschine audivi  
omnia, 45

Et scio: nam amo te: quo magis quae agi' curae sunt mihi.  
A E. Ita velim me promerentem ames, dum vivas, mi pater,  
Ut me hoc delictum admisisse in me id mihi vehementer dolet,  
Et me tui pudet. M. Credo hercle: nam ingenium novi tuum  
Liberale: sed vereor ne indiligens nimium fies: 50

In qua civitate tandem te arbitrare vivere?  
Virginem vitiaisti, quam te ius non fuerat tangere:  
Iam id peccatum primum magnum, at peccatum humanum tamen:  
Fecere alii saepe: item boni: at postquam evenit, cedo,  
Nunquid circumspecti? aut nunquid tute prospexti tibi 55

Quid fieret? qua fieret? si te ipsum mihi puduit dicere,  
Quare resciscerem? haec dum dubitas, menses abierunt decem.  
Prodidisti te, atque illam miseram, & gratam, quod in te erat.  
Quid credebas? dormienti haec tibi confecturos deos?  
Et sine tua opera illam in cubiculum iri deductum domum? 60

Nolim caeterarum rerum te socordem eodem modo.  
Bono animo es, duces uxorem hanc. A E. hem. M. bono animo  
es, inquam. A E. pater  
Obsecro non ludis tu nunc me? M. ego te? quamobrem? A E.  
nescio,

Nisi quia hoc tam misere esse cupio verum, eo vereor magis.  
M. Abi domum, ac deos comprecare, ut uxorem arcerfas: abi. 65  
A E. Quid? iamne uxorem. M. iam. A E. iam? M. iam quantum  
pote. A E. Di me pater

Omnes oderint, ni magi' te, quam oculos nunc amo meos.  
M. Quid? quam illam? A E. aequae. M. perbenigne. A E. quid,  
Milesius ille ubi est?

Abiit: periit: ascendit navem: sed cur cessas? A E. abi pater,  
Tu potius deos comprecare: nam tibi eos certe scio, 70  
Quo vir melior multo es, quam ego sum, obtemperaturos magis.  
M. Ego eo intro, ut quae opu' parentur: tu fac ut dixi, si sapis.

A E. Quid hoc negoti est? hoc est patrem esse, aut hoc filium esse?  
Si frater, aut sodalis esset, qui magi' morem gereret?  
Hic non amandus? hicine non gestandus in sinu est? hem, 75  
Itaque adeo magnam mi iniecit sua commoditate curam,  
Ne forte imprudens faciam, quod nolit: sciens cavebo.  
Sed cessio ire intro, ne mora meis nuptiis egomet sim?

## ACT. IV. SCENA VI.

## D E M E A.

DEFESSVS sum ambulando. Ut Syre te cum tua \*  
Monstratione magnus perdat Iuppiter.  
Perreptavi usque omne oppidum, ad portam, ad lacum.  
Quo non? neque illic fabrica ulla, neque fratrem homo  
Vidisse aiebat quisquam: nunc vero domi 5  
Certum obsidere est usque, donec redierit.

## ACT. IV. SCENA VII.

## M I T I O. D E M E A.

I B O, illis dicam nullam esse in nobis moram,  
D. Eccum, ipsum te iam dudum quaero Mitio.

M. Quid

Abi posteriore cor-  
repta.

Iamb. Od. catal.

Sua commoditate.)  
Quia mihi se tam  
commodum & facilem  
praebet. Est quod in  
Andria Pamphilus,  
Tum patris pudor,  
qui me tam leni pas-  
sus est animo usque  
adhuc, Quae meo  
eumque animo libi-  
tum est facere; ei ne  
ego ut adverser?  
\* Senarii.

Senarii.

M. Quid nam? D. fero alia flagitia ad te ingentia  
 Boni illiu' adolescentis. M. ecce autem. D. nova.  
 Capitalia. M. ohe, iam. D. nescis qui vir sit. M. scio. 5  
 D. Ah, stulte tu de psaltria me somnias  
 Agere? hoc peccatum in virginem est civem. M. scio.  
 D. Eho, scis, & patere? M. quid ni patiar? D. dic mihi,  
 Non clamas? non insanis? M. non malini quidem.  
 D. Puer est natus. M. Di bene vortant. D. E. virgo nihil \* habet. 10 *Tribr. pro Iambe.*  
 M. Audivi. D. & ducenda indotata est? M. scilicet.  
 D. Quid nunc futurum est? M. id enim, quod res ipsa fert.  
 Illinc huc transferetur virgo. D. o Iuppiter,  
 Istocine pacto oportet? M. quid faciam amplius?  
 D. Quid facias? si non re ipsa istuc dolet tibi, 15  
 Simulare certe est hominis. M. quin iam virginem  
 Despondi: res composita est. sunt nuptiae.  
 Dempfi metum omnem. haec magi' sunt hominis. D. caeterum.  
 Placet tibi factum Mitio? M. non, si queam  
 Mutare. Nunc, cum non queo, aequo animo fero. 20  
 Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseriis.  
 Si illud, quod est maxume opus iactu, non cadit:  
 Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.  
 D. Corrector. nempe tua arte viginti minae  
 Pro psaltria periere, quae, quantum potest, 25  
 Aliquo abiicienda est, si non pretio, gratiis.  
 M. Neque est, neque illam sane studeo vendere.  
 D. Quid igitur facies? M. domi erit. D. Pro divum fidem,  
 Meretrix, & materfamilias una in domo?  
 M. Cur non? D. sanum te credis esse? M. equidem arbitror. 30  
 D. Ita me Di ament (ut video ego tuam ineptiam.)  
 Facturum credo, ut habeas quicum cantites.  
 M. Cur non? D. & nova nupta eadem haec discet? M. scilicet.  
 D. Tu inter eas restim ductans saltabis. M. probe.  
 Et tu nobiscum una si opus fiet. D. hei mihi, 35  
 Non te haec pudent? M. iam vero omitte Demea  
 Tuam istanc iracundiam, atque ita uti decet,  
 Hilarum, ac lubentem fac te in nati nuptiis.  
 Ego hos conveniam. post huc redeo. D. o Iuppiter,  
 Hancine vitam? hoscine mores? hanc dementiam? 40  
 Vxor sine dote veniet intus: psaltria est.  
 Domu' sumptuosa: adolescens luxu perditus.  
 Senex delirans: ipsa si cupiat Salus,  
 Servare prorsus non potest hanc familiam.

ACT. IV. SCENA VIII.

SYRVS. DEMEA.

AEDIPOL Syrisce te curasti molliter,  
 Lauteque munus administraisti tuum.  
 Abi: sed postquam sum intus omnium rerum satur,  
 Prodeambulare huc libitum est. D. illud sis vide  
 Exemplum disciplinae. S. ecce autem adest senex 5  
 Noster: quid fit? quid tu es tristi'? D. ohe scelus.  
 S. Eho iam tu verba fundis hic, sapientia?  
 D. Tun' si meus esses? S. dis quidem esses Demea,  
 Ac tuam rem constabilisses. D. exemplum omnibus  
 Curarem ut esses. S. quamobrem, quid feci? D. rogas? 10  
 In ipsa turba, atque in peccato maximo,  
 VVVVVVVV Quod

*Senarii.*  
 Legendum aepol hoc  
 quoque loco,

Alibi, potastis.

Quod vix sedatum satis est, potasti scelus,  
Quasi re bene gesta. S. sane nollem huc exitum.

*Aedepol.)* Cum in proscenio remanserit Demea, non hinc fuit actus sumendum principium.  
*Abi.)* Exultantis est.

## ACT. IV. SCENA IX.

DROMO. SYRVS. DEMEA.

*Senarii.*

HEVS Syre, rogat te Ctesiphonem ut redeas. S. abi.  
D. Quid Ctesiphonem hic narrat? S. nihil. D. eho carnufex,  
Est Ctesiphonem intus? S. non est. D. cur hic nominat?  
S. Est alius quidam parasitaster parvolus.  
Nostine? D. iam scibo. S. quid agi? quo abi? DEM. mitte me. 5  
S. Noli inquam. D. non manum abstines mastigia?  
An tibi mavis cerebrum dispergi hic? S. \* abiit.  
Aedepol comedatorem haud sane commodum,  
Praesertim Ctesiphoni. quid ego nunc agam?  
Nisi dum hae filescunt turbae, interea in angulum 10  
Aliquo abeam, & edormiscam hoc villi? sic agam.

*Tribr. pro Iambo.*  
Et hic *aepol* scriptum  
fuisse videtur.

## ACT. V. SCENA I.

MITIO. DEMEA.

*Senarii.*

PARATA a nobis sunt, ut dixi, Sostrata  
Vbi vis: quis nam a me pepulit tam graviter fores?  
D. Hei mihi, quid faciam? quid clamem, aut querar?  
O coelum, o terra, o maria Neptuni. M. hem tibi.  
Rescivit omnem rem: id nunc clamat scilicet. 5  
Paratae lites, succurrendum est. D. eccum, adest.  
Communis corruptela nostrum liberum.  
M. Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.  
D. Repressi, redii, mitto maledicta omnia:  
Rem ipsam putemus. dictum inter nos hoc fuit, 10  
(Ex te adeo est ortum) ne tu curares meum,  
Neve ego tuum, responde. M. factum est, non nego.  
D. Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?  
Cur emis amicam Mitio? nam qui minus  
Ius est idem esse aequum mihi, quod aequum est tibi? 15  
Quando ego tuum non curo, ne cura meum.  
M. Non aequum dicis, non. nam vetu' verbum hoc quidem est,  
Communia esse amicorum inter se omnia.  
D. Facete. nunc demum istaec nata oratio est.  
M. Ausculta paucis, nisi molestum est Demea: 20  
Principio si id te mordet, sumptum filii  
Quem faciunt, quaeso facito haec tecum cogites:  
Tu illos duos pro re olim tollebas tua,  
Quod sati' putabas tua bona ambobus fore, 25  
Et me tum uxorem credidisti scilicet  
Ducturum: eandem illam rationem antiquam obtine:  
Conserua, quaere, parce, fac quamplurimum  
Illis relinquant, gloriam tu istam obtine.  
Mea, quae praeter spem evenere, utantur sine: 30  
Summae nil decedet: quod huic accesserit,  
Id de lucro esse putato: haec omnia si voles  
In animo vere cogitare Demea,  
Et mi, & tibi, & illis dempseris molestiam.  
D. Mitto rem: consuetudinem ipsorum. M. mane.  
Scio: istuc ibam. multa in homine Demea 35

35  
Signa